

dissoluere quę patri placuerant: aduersum sibi reputans, si tanta cōtra se talium aduna retur potentia. Et differebat quidē Herodes sequi postulationes Antipatri, ut ipse qui dem Aristobuli filiā in cōnubio susciperet: Pherorę vero filius, fratris eius Alexandri filiā. Et sponsiones quidē nuptiarū huiusmodi gerebatur a rege, Antipatro tamen inuito, Herodi vero regi cā tēpēstate vxores erant nouę: Antipatri mater & filia pōtissimis ex qua etiā homonymus illi filius fuerat: percreatus. Erat autē etiā fratris filia cōiuncta & cū ea neptis altera: ex his quidē ples nulla germinauerat. Erat etiā i vxoribus ex gēte amarcōrū vna, ex qua filij extiterant Antipas & Archelaus: & filia Olympias noīe & hęc quidē postea Iosippus suscepit vxorē, qui regis fuerat fratruielis. Archelaus autē & Antipas Romę apud quendā familiārē educabatur. Cōiuncta illi erat etiā Cleopatra, sed Hierosolymitis: & filij ex ea fuerāt nati, Herodes & Philippus, qui etiā Romę educabatur. Erat in vxoribus etiā Pallas: quę Phasclū ei pepererat filiū. Sup̄ has quoq; Phēdra & Helpis erant vxores ex quibus duę filię fuerant: percreatę, Rexamana noīe, & Salome. Filię autē eius maiores natę, ex vna matre procreatę cū Alexandro, quarū inuebatur Pherora nuptias, cōiunctę erāt: vna quidā Antipatri fororis filio, altera vero Phasclō: & iste quoq; fratris Herodis fuerat filius: & hoc quidē ex dispositione factum fuerat Herodis. Tunc autē volens aduersus Trachonitis munus existere, cogitauit vicū Iudej edificare, nō distāte magnitudine ciuitatis, ut p hoc inaccessibiles hostibus faceret limites sue pūnię. Et cognoscēs virū quendā Iudeū ex Babylonia, cū equitibus quingentis & sagittarijs plurimis, cognatorū etiā multitudinem, vsq; ad centū ferme numerum virorū, Euphratem fluuium transiisse, & in Antiochia in loco qui dicitur Daphne Syrię cōuersari, cū Saturnino, qui tūc ibidē imperator militię cōsistebat, illum ei locum ad habitandum benigna largitate, cui Balathana nomen erat, concedere promisit. Euocabat ergo eum cum tota multitudine omnium, qui eum fuerant consecuti: spondens daturum se terram in regione quę dicitur Bathanea. Determinauerant enim eum in Trachonitide constituendū, volens eius habitationē obstaculū contra hostes habere. Promittebat itaq; illā regionē sine tributis esse datūrū, & liberos fore, quę moris erat illius regiōis habitatoribus exhibere: imūnemq; eis terrā & nullis illationibus obnoxiam prębiturū. His persuasus Babylonijs venit: & suscipiens regionē, oppida, & municipia plurima construxit. Et vicū Bathyra noīe constituens, obstaculū erat & oppositio quēdā, ille vir, idigenis aduersus Trachonitas, & Iudeis de Babylonia venientibus ad Hierosolymā per sacrificiorū tempora, ne quis eorū latrocinij Trachonitarū insidijsq; lēderetur: Et aduentabant ad eū plurimi: maximeq; illi vndiq; concurrebant, a quibus paternus mos Iudeorum, & instituta colebatur. Quibus rebus illa regio breui populosa facta est, ppter quod immunis ab omnibus functionibus permanebat, viuentē duntaxat Herode. Cēterum postquam Philippus filius eius principatum regni suscepit, modicas paruo tempore illis functiones imposuit. Agrippa vero maior, & filius eius, qui homonymus quoq; illi constabat, eos admodū grauauere: non tamen eis de libertate ipsorū, cum possent, vllam intulere molestiā. Sed Romani deinde dominatum illius regionis adepti, libertati quidem eorum etiā ipsi seruauere dignitatē, impositionibus autē eos functionum vsq; quaq; grauauerunt. Et hęc quidem opportuno tempore diligenter exequar, oratione procedente. zamatis autē Babylonijs inter hęc vita defungitur: qui ad possidendā illam regionē ab Herode fuerat acquisitus: quicq; cū virtute viuens, filios quoq; optimos reliquerat: lacinum quidem, qui fortitudine clarus extabat, (is equites Babylonijs, qui sub illo fuerant, cōtinebat,) & Eli: quos rex efficiebat abidare muneribus. Sed lacinus in senectute defunctus, Philippū filiū dereliquit, & manu bonū, & alijs virtutis artibus vsui supra quēlibet accōmodū. Ob hoc fida illi amicitia, & firmissimus fauor cū Agrippa rege prouenerat: militiāq; totā quā rex habebat, iste curabat: & vbicunq; deducendam ratio postulabat, eius regimine ducebatur.

¶ De conspiratione Antipatri & Pherorę, eiusq; vxorum in Herodem, accedentibus Pharisęis: quorum perfidia demum cognita, Herodes & illos & alios quosdam occidit.

Caput. III.

Herode autem in quibus retuli cōstituto, in Antipatrum spectabant cuncta negotia, propter quod vtilis ac ppitius a rege putabatur, & rex ex hoc firmitatē nō amiserat potestatis, quā ei pater prōptius indulgebat, spe quasi fauoris eius ac fidei.

dei. Ad hęc erat etiā ad deriuandā in se potestātē audacissimus, quoniam incognita erat patri eius nequitia: & quoniam ad fidem faciendam in dicendo callebat. Erat etiā cunctis terribilis, non tantum magnitudine potestatis, quantū peruersitate morū, & q; erat ad male loquendū procacissimus. Maxime autē eum Pheroras accurabat, vicissimq; curabatur. Nam eum callide valde circumnenerat Antipater. & maxime per mulieres, ad occupandos eius animos ambierat. Deditus quippe fuerat Pheroras vxori, matrici eius, atq; forori, licet mulierum genus horreret, ob iniuriā filiarū suarum virginum: verū, tamen has patiebatur, ab hisq; ducebatur, & nihil ab eo sine illis mulieribus agebatur. Nam hominem illum etiam medicaminibus accurabant, & sibimet inuicem cooperari nequāq; mutuo fauore cessabant. Ita enī eas omnibus modis Antipater induxerat, partim per semetipsum, partim etiam per propriam matrem. Nam idem hęc quatuor mulieres sentiebant, idemq; loquebantur. Pherorę tamen circa Antipatrum in nonnullis minimis sane rebus sententia mutabatur. Erat autē illis in contrariū nitens regis foror, iam diu cuncta circūspiciens, & amicitiam eorum in perniciem Herodis cōstrui cernēs & annuntiando non abstinens. Illi autē sentientes molestam esse regi suā adinuicem beneuolentiam, consiliū inuēunt, ut manifesta eorū non esset amicitia, neq; palam conuentum facerent: odiū autē & maliloquiā, vbi tēpus exigeret, contra semetipsos confingere: maxime autem sub Herodis pręsentia, ut ad eum de semetipsis talia deferrent: secreto vero beneuolentia inter eos firmior, certiorq; constaret. Et sic quidem illi gerebant: Salomen autē nihil prorsus latebat, neq; primū eorum propositū ad huiusmodi negotia festinare, neq; tunc, quando secretas machinationes cōstruebant. Cuncta quippe illorum illa mulier indagabat, quę amplificans & atrociora faciens, ad fratrem proprium perferrebat, secretos eorū conuentus insinuans: & conuiuia, & cōsultationes occulte se motimq; consertas, ad eius interitū tendere, nisi maturius proderetur. Indicabat quoq; illos in manifesto quidē aduersarios semetipsos quasi constare, & ad lēiones mutuas fite loqui finemq; festinare: secreta & ab alterutris remoti beneuolentiā inter se cōfirmare maximam: & quoties in quibuscunq; negotijs singuli forent, illud agere, quod amicitia postularet: & polliceri sibi, etiā pugnare contra quos opus esset, modo ut illud astu vel fauore mutuo non sentirentur efficere. Illa quidem hęc & huiusmodi inuestigabat omnia, & integra ad fratrem cōueniens cuncta deferrebat, sentientes quidem iam etiam ipsum plurima per semetipsum: sed ad audēdū aliquid, licet excitatus esset fororis accusatōibus, retardantem. Erat enim portio quēdam Iudeorum hominū, de scrupulositate & subtilitate paternę legis gloriāntium, & culturam diuinitatis simulāntium, a quibus inducebantur mulieres illę supra memoratę. Hi Pharisęi dicebantur, qui possent maxime regi non modicum afferre pręsidium. Erant enim procaces ad bellum gerendum, lēionesq; inferendas immaturius eleuati. Cum igitur cuncta gens Iudaica iureiurando iurasset, Cęsar is se propriam fore, & omnibus regis rebus fauere, isti non iura uerūt. Erāt autē numero supra sex fere milia, quos rex pecuniario damno multauerat. Quod damnum vxor pro eis Pherorę contulerat. Illi vero beneuolentiam quasi pro vicissitudine referentes, futurorum sibi agnitionem nutu diuinitatis infusam esse prędicabant: quod Herodi videlicet terminus regni iam esset ex superna maiestate decretus, tam ipsi quam eius vniuersę cognationi: illam autem regnum possessuram, atq; Pheroram, & filios qui ex eorum essent femine descensuri. Et hęc quidem regi nuntiabantur: nō enim Salomen ista fugiebant, & quomodo plurimos regalis aulę corrūpere niterentur. Rex autem interfecit Pharisęos, qui causā seditionis extiterant: & Vagoan eunuchum, & Carum quendam, qui tunc primatum inter eos habebat honestate dignitatis decoratū filiosq; eius peremit: omnesq; ei cognatione vel familiaritate cōiunctos: quibus ille Pharisęus pręfagebat. Magnificabatur autem apud eos etiā Vagoas uti pater, & plurimis rebus bene meritis, ac profuturus apud regem futurum. In manibus enim eius cūcta fore prędicabat, prębente illi & coniugij firmitatem, & filiorum, veluti proprijs filijs.

¶ Herodes Pheroram conuocatis amicis accusat. Antipater timens sibi a patre, per fictas literas agit ut vocetur Romam, quo profecto proditur coniuratio Antipatri a quodam Corinthio comprehēso, con-

iurationis reo.

Caput. IIII.

Herodis vxores & liberi.

Antipas. Archelaus. Olympias. Iosippus. Cleopatra. Herodes. Philippus. Pallas. Phasclus. Phēdra. Helpis. rexamana. Salome.

De zamari Iudęo.

Antipater & sui ficti inter se inuicem, moliantur in necē Herodis.

De perfidia & hyppocritis Pharisęis.

Occiditur Pharisęi.

Herodes a
pudamicos
accusat Ph
roram & e
ius vxore

Herodes itaq; vltus ex Phariseis qui fuere conuicti, conuentum congregat amico
rum: & accusationem Pheroꝝ coniugis, iniuriamq; virginis, & audacia illius mu
lieris exponēs, & crimen vxoris ad diminutionē dignitatis illius referens & ho
noris: q; ei certaminū seditiones aduersus fratrem & bellum, ex illius ingenio ac verbis
operibusq; confurgerent: & quantū poterat hortabatur, vt illa inter eos simulatio sola
ueretur: quod fore firmabat, si societas illius effugeret propter illa que gesserat. Nihil
enim cum fratre Pheroꝝ gratiꝝ permanere posse definiebat, si secum illā retineret, que
bonum ingenium circa se fratris euertet. Iubebat igitur vxorem abicere, que inter
fratres causa belli cōstaret: & si magni pretij consanguinitatem suam duceret, illam nō
iugaret: sic enim posset nullo modo charitas fraternitatis imminui. At Pheroꝝ licet il
lo sermone moueretur, tamen affirmabat neq; aliquid iuris ex germanitatis necessitudi
ne detracturū, neq; dilectionem coniugis abnuere: eligere se potius mori dicebat, q̄ illa
muliere priuari, que sibi grata constaret. Herodes vero differerebat circa Pheroꝝam super
hoc iracundiam, quis cuperet pro rebus gestis vltionē sumere. Antipatro tamen inter
dixit & matri eius, cum Pheroꝝa miscere colloquium, vel cum illis mulieribus que cum
eo erant: oblenarentq; ne in vnum aliquatenus conuenirent. Illi vero profitebantur
quidem, cōueniebant tamen quādo tēporis opportunitas prouocabat, & simul etiam
conuiuabatur Pheroꝝa & Antipater. Ferebatur etiā sermo, q; Antipater Pheroꝝ con
iugi misceretur, cooperāte illis ad conuentus faciendos Antipatri matre, Sulpiciū au
tem patrem habens, & timens Antipater, ne circa se amplius eius odium procederet,
scribit amicis Romę, postulans vt scriberent Herodi, quatenus celeriter Antipatrum
mitteret, simulq; cum eo munera digna mandaret, & testamentū etiam, in quo post se
regem declararet Antipatrum: quoniam iam defunctus erat Herodes, qui ei ex filia pon
tificis erat procreatus. Quo facto, pergit vna quoq; cum Antipatro & Sylys Arabs,
nihil ex his que preceperat Cēsar peragens: vnde quoq; Antipater ante Cēsarem eius
accusator exstitit: pro quibus primus Nicolaus patiebatur inuidiā. Accusabatur etiā
& ab Areta Sylys, eo q; plures occiderit in Petra castello benemeritorū hominū, pre
ter suam conscientia: maxime autē Soudum virū omni virtute decoratū, iustitiaq; pol
lentē, sed etiā Fabatonem Cēsaris seruū. Sylys autem causas habuit ex hūdem crimini
bus propagatas: Erat quidem Corinthius, Herodis regis vnus custodum corporis, cui
maxime cura plurima cōmittebatur. Huic persuadet Sylys, pecunias magnas polli
cens, vt Herodem occideret: hoc etiā ille p̄miserat. Quod agnoscens Fabatus Sylys
indicante, statim regi denuntiat. Ille vero Corinthium tormentis examinans, fecit om
nia depalari. Detinuit autem & secum duos Arabas, confessioni credens Corinthij, &
Philarchum, q; Sylei fuisset amicus: qui etiam ipsi (nam eos rex tormentis affecerat) cō
fessi fuerant quod eos exhortaretur, nuntians Corinthium non agere molliter, & sicu
bi opus esset rei, ferro cooperarentur ad perpetrandum facinus inter eos complacitum.
Ad hęc etiam Saturninus, omnibus ei ab Herode denuntiatis, Romam eos destināt,
Pheroꝝam vero fortiter in amore coniugis permanētem, discedere ad propria Herodes
precepit. Ille vero grātanter accipiens, ad suam tetrarchiam non moratus abscessit: plu
rimum se iureiurando constringens, non prius reuerti, quam mortem Herodis aduerte
ret. Proinde etiam ab Herode morte constricto petitus vt veniret, p̄ aliquibus sibi mā
datis si mors contingeret iniungendis, nullo modo persuasus est aduenire, ne iurifuran
di violator existeret. Non tamen Herodes in his rebus imitatur illius exemplum, me
liorem circa Pheroꝝam voluntatem suę mentis ostendens. Nam paulopost ipse cœpit
egritudine laborare. Ad quam Herodes non solum nō euocatus aduenit, sed etiā mor
tuum eum recepit, atq; ad Hierosolymam detulit, & iuxta morem exequias ei honora
biliter magnificeq; celebravit: ingentemq; luctum super eum, supra quā quilibet ra
tus erat, exposuit. Hoc Antipatro, licet Romam nauigasset, malorum tamen exitit ad
uersariorumq; principum: ex hinc enim iam cœpit fraticidiꝝ factio denudari. Narrabo
itaq; omnem super hoc homine rationem, exemplum generi humano in futura tempo
ra permanfurum, ad vtilitatem qui voluerint virtutis esse cultores.

Herodes accusata vxore Pheroꝝa veneficij, compertis quomodo
omne venenum in se paratum fuerat ab Antipatro, illiusq; con
iurationis reis.

Caput. V.

Pheroꝝa

Pherora itaq; mortuo, humatoq; celebritate magnifica, duo ex liberis eius, qui ab
eo in honore habebantur, ad Herodem veniunt postulantes, ne inultam mortem
fratris relinqueret: quin potius inquisitionem faceret acerbe mortis & calamito
se, repentināq; translationis: illo autem attonito facto liberorum sermonibus (fidelia
namq; narrabant) apud coniugem die p̄xima anteq; egritudinem incurreret cū cenā
se retulerunt: venenum autem in cibo sumpsisse, ex eoq; perisse: quod venenum allatū
esset ab Arabica muliere, amoris faciendi gratia. Amare se namq; fingebat, te autem ve
ra ad interitū erat Pheroꝝa petitur. Sunt quippe ad venena conficienda artificiosissi
mę Arabicę mulieres. Persuasum illi dicebat, vt venenum venundaret: ad loca quippe
illa venisse referebat matrem Pheroꝝa coniugis & sororem, vnde illud venenum appor
tantes, cenā illi preparauere, in qua ille veneno sumpto perijt. His verbis protinus
excitatus, ancillas earū mulierum tormentis examinat, inter quas aliquas etiam libera
rum. Et adhuc in occulto remanente negotio, quia nulla earum aliquid depalaret: no
uissima quędam, in fideis ei magnis ex tormento doloribus, nihil quidem aliud dixit, ni
si deū inuocans, vt talibus supplicijs Antipatri matrē traderet imprecata est, que om
nium illorū malorum causa consisteret. Hęc ad instandū Herodem magis magisque coe
gerunt, vt cuncta mulierū illarū secreta tormentis erueret. Tunc oīa palam facta sunt,
& cōiuiū, & cōuentus secreto facti sepiissime: sed etiā sermocinationes, que ad ipsos &
ad filiū solū factę fuerāt, & illa que ab eo ad mulieres Pheroꝝa deferebantur (erant autē
munera centum talentorū) vt secreto Pheroꝝa psuaderent, quicquid Antipater impe
raret, Prodebat etiam odiū quo in patrē concitaretur, & lamentationes, quas ad ma
trem p̄priam frequentabat, quod tam p̄lixe pater adiuuaret: sibi iam imminere senitiū,
vt etiam ei si regnum veniret, non liceret iucunde viuere per ætatis grauitudinem atq;
molestiam. Ad hęc etiam, multos sibi fratres in regno illo coalescere, & fratrum plures
filios, ex quibus omnibus minus spem suam tutam haberet. His etiā addebat dixisse, q;
per idem iam tēpus fratri potius in regno suo licentiā habere concederet: crudelitatem
quoq; plurimam regis accusare, & filiorum cedes: se quoq; timere, ne vltq; ad ipsum hoc
malū pertingeret. Artem quoq; Romā pergendi cōsiliumq; narrabat: Pheroꝝam quōq;
ad suā tetrarchiam ex eius discessisse sentētia. Quibus Herodes auditis, cognoscebat
fororis suę sermones, quos ad se sepe detulerat. Incitabatur autē rex super Antipatri ne
quitiā, iussitq; matrē eius ornāmēta sua cuncta contradere, que multorū constaret p̄
tio talentorū. Que postq; abstulit, reiecit eā, & in amicitiam mulierū Pheroꝝa p̄ dāna
tione dedicauit. Amplius autē aduersus filiū iracundiā regis incendebat vir Samarites,
Antipater noie, qui filio regis Antipatro curator extabat. Nam cū alia quidem eius in
tormentis aperuisset, illud quoq; p̄diderat, quomō venenū mortiferū confecerat, dede
ratq; Pheroꝝa iubens, vt post eius abscessum, cū iam spatiū aliquanti tēporis cucurris
set, vbi ratio puocaret, patri p̄tinus p̄pinaret: & dicebat attulisse illud venenum ex
Aegypto Antiphilū, vnū ex amicis Antipatri: trāsmisissum autē Pheroꝝa per Theudionem
fratrem matris Antipatri: & hoc mō ad vxorem Pheroꝝa deuenisse, dantem mari
to ad custodiendū. Quod illa quoq; fatebatur, rege scrutāte negotiū: & p̄currens tan
q̄ venenū allatura, misit se de tecto deorsum, non tamē interijt, quod cadēs in pedes ter
ra suscepta sit: ac deinde postq; recreauit animam, p̄mittit ei Herodes salutem, eiusque
domesticis, dūmodo ab ea nequāq; occultaretur veritas. Neq; se illi malū pro ingrati
tudine redditurū iurabat, si cuncta cum veritate proderet, vel modum quo gesta consta
rent. Ad hęc illa dicebat ista ab alijs enuntiata: firmabatq; allatū esse venenū ex Aegy
pto ab Antiphilo: medicum quippe esse fratrem eius aiebat, a quo p̄uissum fuerat per
Theudionem autē viro suo trāsmisissum: se vero custodire illud a Pheroꝝa susceptum,
aduersum ipsum sane ab Antipatro preparatum. Cum igitur Pheroꝝa egritudine, in
quit, teneretur, & cum aduentu tuo consolationeq; curares, videns circa se tuam bene
uolentiam, concidit mente deiecta, & me conuocans: o mulier, inquit, induxit me An
tipater, aduersus patrem suum fratrem meum, consilia iniqua constituens. Nam vene
num in eius perniciem nundinatus est. Nūc itaq; quoniam frater erga me nec ante ini
quū aliquid gessit, & nunc propositum bonę voluntatis ostendit, me autē non multum
post de hac luce sentio recessurū, age ne cum conscientia fraticidiꝝ ad n̄os progenito
res abierimus, illud venenum apportans, epistolamq; Antipatri, me vidente combure.

Herodes
exquirens
reperit ve
nenum cō
tra se para
tum, a filio
Antipatro

Antip̄s sa
marites a
perit Hero
di omne cō
silium filij
eius.

A i

ANTIQUITATVM IOSEPHI

Ego autem plurimum eius igni contradens, aliquatulum reseruavi: vt Pheroræ defun-
cto, si me o rex male fortassis attenderes, illo vlti feculi huius necessitates effugerē. Hęc
dicens & venenum & pixidem in medium protulit. Sed etiam frater Antipatri & ma-
ter eius eadem fatebantur, tormentorum vehementia compulsi, pixidem quoque illam
nihilominus agnoscebant. Accusabatur quoque filia pontificis, vxor regis, tanquam omnium
conficia fuisset, sed ea celare maluerit. Ob quę illam quidem Herodes emisit: filium au-
tem eius ex testamento deleuit, in ceteris permanente: sed etiam sacerdotum pontificatu pri-
uauit Simonē * Boethi: substituit vero Matthiam Theophili, Hierosolymitem gene-
re. Cum ea geruntur, Bathillus quoque ex libertis Antipatri venit ex Roma, & toimen-
tis examinatus, inuenitur venenum aliud attulisse, quod matri daret Antipatri, & ab
illa Pherorę tradendum: vt si primum venenū minus regem forsitan peremisset, & hoc
maturius vterentur. Approbat etiam literas ab amicis Herodis Romę constitutis, cō-
silio Antipatri & dictatione compositas, accusationem habentes Archelai atque Philip-
pi, quę quasi de patre quererentur pro nece Aristobuli & Alexandri: semetipsos quoque
Herodem miserari nuntiabant: & euocabantur quidē a patre, veluti nō ob alias res, nisi
si vt etiam ipsos extingueret. Hęc quippe magnorum munerum amici gerebāt, opitu-
lantes Antipatro. Scripsit etiam Antipater de fratribus, culpam genera magna con-
fingens, omnimodo eos adiudicans, etati eorum causam ascribens, qua impelli possent
nequitiam sui patrare propositi. Ipse vero certamini quod cum Sylo gerebat, magno
studio fuit intentus: & accusationi primorum virorum Romę constitutorum se totum
dederat. Monilia quoque pretiosa ducentis talentis empta parauerat. Miretur fortasse
aliquis, quā tantis aduersus eum in Iudęa motis turbibus, ferme vij. mensium tempo-
re decurrente nihil illi fuerit nuntiātum. Causa vero huius rei erat observatio viarum
atque custodia, & odium hominum, quo circa eum cum execratione tenebantur. Nul-
lus etenim erat, qui prius esset proprio periculo illius tutamen salutemque conquirere.

Herodes Antipatrum, quem subitarijs literis Roma euocauerat, accusat apud
Varum. Antipatro vero se omnibus modis excusante, etiam deum testē suę in-
nocentię inuocante, producit venenū. Cuius experientiam cum fumpisset Va-
rus, protinus soluit Hierosolyma: Antiochiam nauigans. Caput VI.

Herodes sane, Antipatro scribente, quę cuncta quę oporteret peragens, maturius
adueniret, celans suam indignationē, rescribit iubens, ne vlla desidia ad iter agen-
dū præpediretur, ne quid in eius absentia ipse forte pateretur. Et simul quoque de
matre ipsius minimum quiddam expostulando causatur, permittens tamen ei se recon-
ciliatum iri, cum ipse proutinuo adueniret: & in oibus erga eū dilectionem suę quasi men-
tis aperiebat, formidans, ne forte quicquid suspicans differret ineundę vię negotium, atque
Romę demorans, aliquas possibilitates pararet, & in regno Romano muneris alicuius
fieret minister. Has itaque in Cilicia literas accepit, alias autem Tarenti, in quarū textu
Pherorę declarabatur occasus. Quibus lectis, egre satis tulit & asperere, non propter Phe-
rorę gratiam: sed quia prius interitu, vt permiserat, nō peractio defecerat. Circa Celēdrim
autem Cilicię veniens, cepit de causa navigationis ambigere, vtrū deberet domum si-
cut instituerat tendere, abiectione matris adductus in dubiū. Tunc ex amicis pars sua
debant expectare, donec agnosceret, quę domi mota gesta fuissent. Alij vero hortan-
bantur ne navigationem domi differret: soluturum enim suo aduentu omnes aduersita-
tis causas aiebat: nam neque tunc aliunde illos fluctus euenisse, nisi eius absentia facul-
tatem accusatoribus virtutēque tribuisset. His persuasus proutinuo nauigauit: & exceptus
est portu nocte Sebasto, quem Herodes magnis opibus constructum, Sebastum ad ho-
norem Cęsaris appellauit. In apertis iam malis erat Antipater, nullo ad eum cominus
accedente, nullo colloquente, sicuti cū fuisset egressus, votis cum ac secūdis precibus per-
sequebantur: nunc contra aduersis eū maledictis non phibebantur excipere. Verēba
tutē cū cunctis, quę poenam esset fratribus pro sua impietate soluturus. Ea tempestate con-
tigerat forte Varum Quintiliū in Hierosolymis agere, qui successor Saturnini ad Sy-
rię regionē fuerat destinatus. Venerat quippe cōsultatū Herodi, ab eodē postulatū,
pro causis in quarū dispositionibus hesitabat. Quibus vna confessum habentibus, ve-
nit Antipater, cunctis illi rebus incognitis. Quicquid ingressus aulam regiā, indutus pur-
pura, & ipsum quidem ianitores excipiunt: amicos autem qui circa illum erant, aulam
accedere

accedere phibebant. Ccepit itaque perturbari, in quę mala deueniret manifeste cognos-
cens. Denique illū pater salutatum accedente repulit, fratricidij simul accusans, & cōsi-
lia obieciens super semetipsum interitu, quorū omnium auditorē ac iudicem in crasti-
num Varum fore confirmat. Et ille quidem tāto malo audito pariter atque imminente,
ipsa magnitudine fatigatus abcessit. Cui mater & vxor accurrunt, quę residua fuerat
de filiabus Antigoni, quante Herodem in Iudęa regnauerat: ex quibus vniuersa co-
gnoscens, cepit se certamini iudicioque præparare. Sed die postero confessum faciunt
Varus simul atque rex, amici etiam vtrorūque conuocantur. Aderant quoque regis cōsan-
guinei, & Salome soror: & si qui nunciaturi foret, quę pderant examinatione tormē-
torum. Serui denique Antipatri, ex materno illi iure conuenientes, qui paulo ante fuerāt
comprehensi, epistolam deferentes Antipatro, quę fuerat in hanc perscripta sententiā
ne ad patriam repedaret, quę cūcta videlicet ad patris notitiam reuelata peruenissent: so-
lūmque illi suffugium remansisse Cęsarem, & sub patris potestate nō cadere. Antipatro
vero patris genibus prouoluto, atque deprecante, ne iudicium de illo rebus incognitis
promeretur: quin potius facultate sibi auditorij contributa, purgatum iri se apud pa-
trem posse firmabat. Quem iubens Herodes in medium produci, ipse lamentari pri-
mitus cepit, quod tales illi filios habere contigisset, per quos ei fortunę tales exurge-
rent: aut vnde tantam diuinitatis indignationem comparauerit, vt sua senectus in An-
tipatri nequitias incidisset. Memorabat etiā enutritiones, & educationes, quas filijs stu-
diose præbuerat: opum quoque ac facultatum affluentiam, in quibuscunque tempori-
bus illi cuperent, semper illis protinus adiacere: & quod nullum esset impedimentum
quo voluntas eorum consilio periculum mortis incideret, dum illi regnum impie rape-
re festinarent, antequam ipse legi naturę concederet. Vnde se valde mirari dicebat. An-
tipatrum, quorum ipse subleuatus auderet sine vlla refrenatione ad talia tantaque pro-
rumpere, quandoquidem eum regni successorem etiam scribendo declarasset: sed etiam
vitę suę tempore in nullo minor existeret, non claritate dignitatis, non virtute poten-
tię: quinquaginta denique illum talenta ex redditibus fumere, ad hæc trecenta talenta
Romam eunti dona dedisse. Increpabat illum etiam de fratribus, quos velut malignos
accusauerit, cur eorum imitator extitisset: si vero innocentes fuissent, inique aduersus
consanguineos crimina fecisset. Nam illa omnia quę de illis nuntiata fuissent, a nul-
lo alio nisi ab illo semetipsum proutinuo aduertisse: consilio eius gessisse cuncta, quę aduer-
sus illos fuerint gesta, quos nunc prorsus absolueret, isto Herodi, illis in patricidij faci-
nore succedente. Hęc simul dicens profundebat lachrymas, quę illum interclusa voce
loqui amplius non sinebant. Verum Nicolaus Damascenus, regis amicus, & in oibus
cum eo vna semperque versatus, & modū quo res gestę fuerant assecutus, rogabatur a re-
ge, vt ipse residua loqueretur, quę cūque ad demonstrationem causę redargutionēque pfi-
cerent. Sed Antipater contra conuersus ad patrē, semetipsum excusare nitebatur. Enu-
merabat itaque cuncta suę circa illū benignitatis exempla, honoresque sibi a patre concessos,
quos minime perceperisset, nisi virtute dignus & officijs circa illum meritis habere-
tur: enimvero prouidisset se semper vt vsui necessaria forent, consiliūque semper circumspe-
ctis rationibus anteciperet: ac si quando ad rem explanandā manu opus esset, suo labo-
re negotia cuncta peregrisse, neque credibile constaret, vt qui sepius ex aliorū infidijs pa-
trem strenue liberarat, nunc ipsum insidiatorem patris effici, vt deleter omnia suę vira-
tutis vetera monumēta, molimine repentini facinoris: præsertim, cū successor regni iam
fuisset ostensus, & simul etiam rerum honorumque potiretur, quę vsque ad præsens tēpus
cum habere constaret: Neque illud esse verisimile prorsus aiebat, vt qui cunctarum re-
rum dimidium sine sui periculo, & cum virtutis honestate teneret, velle totū cum cri-
mine atque periculis appetere, incertus vtrum non valeret affe-
ctum suę cupidinis obtinere: præsertim cum pro tali causa suos fratres vidisset extinctos, quorū facinoris & nū-
ciatore & accusatorē ipsum esse constaret: quę nisi ab ipso pderet, occultum procul-
dubio permaneret: quorū etiam postmodum, quę esset malignitas eorum circa patrem
ad fidem perducta, punitor extaret. Et ibi quidem hæc sua dicebat esse monumenta,
quibus conuersationem suam cum magna beneuolentia circa patrem agitas-
se probare-
tur. Romę vero quę gesserit, testem Cęsarem conuocabat, quem iuxta ac deū fallere ne-
mo posset, quorū fidem facere literas ab eodem Cęsare destinatas: quibus literis haud

Antipater
a patre re-
pellitur.

Antipater
culpatur a
patre.

Excusatio
Antipatri

Expromis-
sio paxi-
ti in Hero-
de venient.

Ali. Buzi.

Bathill^o li-
bert^o Anti-
patris a Ro-
ma venenū
afferens, ap-
prehendit.

Varus.

rectum esse fortiores aut fideiores reputare accusationes hominum, volentium inter eos turbas & iurgia concitare, quas accusationes a suis inimicis confictas aiebat, quas se reuerso ultra iam habere non possent. Causabatur etiā de tormentis, quod eorū violentia factum esset, vt falsa diceretur: doloris quippe ac necessitatis eam esse naturā, vt doceat eos qui subiecti sunt illa loqui, quę viderint grata dominantibus, quorū se potestate tormentis adigi sentiunt. His dictis, mutatio est facta totius cōfessus. Satis etenim miserabatur Antipatrū, profusione lachrymarum & vultus humilitate miserabilem, ita vt etiam inimicis lamentabilis appareret. Iam quoque fledebatur Herodis animus inclinatus, licet conaretur suam mentem alijs non esse manifestam. Nicolaus autem exorsus ab illis verbis, quibus rex principium fecerat, causam amplificare cepit: & cuncta quę vel tormentis eruta, vel testibus erant relata proferens, congregabat vndiq; criminis probamenta: maxime vero virtutem regis & clementiam, longa narratione perferebat, qualiter nutritiones & educationes in studijs doctrinarum filiis suis impenderat: quarum rerum labor in nullo ei profecisset accommodos, in alias ex alijs calamitatibus irruenti: quamq; se non mirari diceret priorū filiorū inconsiderationem, quod & adhuc fuissent adulescentuli, & vt deciperentur non difficillimi, a grauis suavoribus corrupti, in transuersum declinassent, naturāq; iura reliquissent, vt immaturus q̄ oporteret regnandi cupidine raperentur. Antipatrū vero furiam admodum se prorsus expauescere, non modo propter paternā beneficia, in quibus eum affatim fuerat muneratus: quę cū essent tam multa magnaq; eius tamen animū lenem reddere non quiuere, more venenatorū repentium: licet illa repētia quālibet sint aspera, beneficij aliquatenus leniuntur. Nō solū ergo in hoc expauescere se dicebat prauitātē Antipatri, verum etiā quod fortunę iam fratrum pro exemplo præcederent, quo minus imitator eorum existens, impetum suum a crudelitate retineret. Quāquam o Antipater, qui temeritatis fratrum nunciator extitisti, & scrutator documentorum, & punitor redargutorum, cur non repulisti animum quē in illis te pēdente culpabamus, sed potius ad imitandum flagitium illorū insana libidine raptus es? Vnde claret, q̄ nec illa a te pro turamine gesta sunt patris, sed p̄ fratrum infeliciū interitu festinata: vt illorum odium ostentando, amator quasi patris credereris, quatenus posses ad eius insidias iter facilius adipisci, potestātē a patre p̄cipiens, quod etiā ipsis operibus approbatur. Ambiebas enim, vt fratres interimeretur, de nequitia redarguti: vt autē conscij eis p̄derentur, minime curasti. Vnde certū est, te quoq; cum illis aduersus patrem insidias construxisse, accusationē illis præparans: vt si forte ad effectum venissent, tibi lucrum parricidij prouenisset, vt ex duobus procerataminibus, tu fructus perciperes gaudiorū, tuis moribus competentes. Et circa fratres quidem qualis extiteris, manifestus es: nam super eorum morte, velut de rebus gloriabare magnificis. Quod quidem esset dignū ita te sapere, si tu nō deterior extitisses. Sed te occulto aduersario patris extante, claret quia illos non veluti patris insidiatores habebas exosos: (nam haud ita exorbitares, similem nequitiam cupiens perpetrare) sed timens, ne regni fierent successores, quos tibi videbas iustius posse præponi, patre autē super fratres extinguere festinabas, ne celeriter tua aduersus fratres facio, p̄deretur: & pro quibus tu merebaris poenas luere, ab infelici patre supplicium sumere conabaris: ac parricidium non commune cogitasti, sed quale vix a quoquam nuncvscq; in vita hoīm vel videri potuit vel audiri. Non solum enim filius patris insidias præparabas, verum diligenti quoq; & beneficia multa præstanti, Socius quippe regni constabas, successor in nomine, in dispositionibus particeps, in fruendo communis. Nam & successor ante iam denunciatus, & iucunditatem ac fructum regni iam ante capere in nullo prohibitus, ad spem etiam futuri gerendam ex sententia patris & literis communitus. Sed tu non ex Herodis clementia iudex rerū eras, sed tua voluntate ac nequitia opera paternā pensabas: volens, patre in omnibus tibi obediente, etiam partem quam possedisset abripere: & confingebas verbis velle seruare eum, quem rebus ipsis & operibus interimere nitebaris. Et non solum tu malignus extabas, verū etiam matrem prauis tuis replebas inuentionibus: fratrumq; voluntatē aduersam seditiosamq; reddebas: qui etiam patrem, bestiam appellare ausus es, cum habeas ipse mentem omni serpente peiorem. Siquidem illorū aduersus patrem venena colligebas. Et quem patrem, qui te tantis beneficijs muneratus est. Et contra eū auxilia diuersa postulabas, & artibus varijs per

Nicolaus, p̄
sequitur
orationem
Herodis in
Antipatrū

rijs per viros atq; mulieres vtebaris, quatenus interimeres hominem senio & etate cōfessum, quasi ad nocendū non sufficeret sola tuę mentis iniquitas. Et nunc venisti post tormenta liberorū atq; seruorū, quę propter te viros atq; mulieribus constat infligia, & contra denunciationes coniuratorū tuorū inficiatum ire festinas! Et nō solum patrem hominibus auferre meditatus es, sed etiam leges, virtutemq; Varij & ipsius iunioris naturam, ipsamq; conaris interimere veritatem. Itane tua confidis impudentia, vt etiam tormentis temetipsum subijci velis: cum canseris de tormentis eorum qui examinati sunt: vt illi quidem qui ea dixerunt, quę ad liberationem tui patris attineat, veritatem minime tenuisse videantur: tormentis vero quę tibi fuerint adhibita, velis indagasse veritatem. Nonne saluus Vare, nonne liberus regem, factionem a suo sanguine sustinentem? Per maiestatem imperij Romani, per virtutem tuam obtestamur, vt hęc atrocissimam bestiam, quę pro perditione fratrum, patri se beneuolum esse simulabat, quatenus posset solitarium & omni consanguinitate desertum de regno propellere, adiudices atque condemnies. Non pronuncias hunc scelera tum ducendum ad necem, sciens qm̄ partem diuinam communis iniuria est, & naturę ipsius, & totius vitę hominum? neq; minus facinorosus reputandus est qui cogitauerit, tamen si eum effectum non contigerit adipisci. Naturam ipsam iniuriā, qui talibus supplicia non importat. Addebat etiam illa, quę mater Antipatri ad aliquos stoliditate muliebri locuta est: ariolationes quoq; ac diuinationes super rege factas, & sacrificia memorabat. Aiebat itē & quicquid Antipater cū Phetore mulieribus lasciuire dicebatur: comestiones quoq; sordidas, amoresq; narrabat. Deniq; examinationes tormentorū, & testificationes plurimas inferebat, quę sane plurimę constabant. Nā alias quidē ante parauerat, alias ex repentinis nuntijs summatim acceperat, ex quibus priora magis magisque firmabantur. Plurimi quippe hostes, quę antea timore Antipatri silentio prætereunda mandabant, cernētes eum a accusationibus primis odibilem, & aduersa fortuna inimicis eius aperte prompteq; contraditū, quod odio ineffabili aduersus eū nitebantur, tunc omnia p̄debant. Incitabantur quoq; ad acculandū non solū horrore factorū eius & magnitudine scelerū, quę vel patre nate, vel patrati ipe plumperat: sed & improbitate, quā circa patrem & fratres exercuerat parricidij: & quod super eum senserant, neq; odium merito, neq; amorē benignitate circa quempiā habuisse, sed suę tātum commoditatis intuitu. Quorum oīm illud eum amplius aggrauabat, q̄ nonnulli extiterant, qui res ex æquo bonoq; iudicabant, quod eorū animus amicitiarum iure careret. Dicebant ergo se olim ista sensisse, prohibitosq; semper annunciano: libertate vero data, in medium cuncta deferre. A quibus p̄ferabantur multiformia probamenta, nequaquā accusari de falsitate valentia: quod neq; benignitate circa Herodē, neq; timore periculoso tacerēt: sed solo rerū indicio iniquitatem Antipatri p̄ferabant, dicentes, q̄ non in suis actibus Antipater vtilitatem Herodis & munimen attenderit, sed sola nequitia ad illa facinora fuerit concitatus: propter quod omni poena dignum esse loquebatur. Multa etiam a plurimis vlla interrogatione dicebantur, ita vt Antipater, quāq; in omnibus rebus impudēs, & ad mentiendū promptissimus atq; callidissimus, tamen tunc tanta cōfusione fuit oppressus, vt neq; negare, neq; contradicere valuisset. Nicolao igitur finē dicendū redarguendiq; faciente, Varus iubeat Antipatrū, vt se tantis criminibus expugnaret, si aliquas astrictiones haberet, quibus obnoxius illorū quę importata erant, non esse monstraretur. Nam ipse quoque optare se patrem certe nosse dicebat, vt in nullo cōtra se cogitasse fieret manifestus. Ille vero in faciem puolutus, deo rem omnibusq; commendabat, qui sibi testificarentur, nihil se improbi cogitasse atq; signum a deo fieri postulabat, insidiatorem se patris penitus non fuisse. Solent quippe vniuersi quibus iustitia deficit, quādo facinorū aliquorū perpetratores existunt, dicere, sibi liberū arbitriū ex diuinitate cōcessum: quando vero in pericula ceciderint, iustum recipientes iudiciū, per inuocationem eius omnia testimonia conantur auertere: quod etiam Antipatro continebat. Cum tanta nāq; velut ablente diuinitate, ante gesserat, tunc autē iusto iudicio vndiq; cōcludente, defectu purgationum ad dei iudiciū accusationum absolutionem criminumq; ferebat: potentia diuinę causam tribuens, vt eius testimonium in medium veniret, quanta pro patre gesserat, quantaque pericula pro eius salute præsumperat. Varus autem cum sepius interrogaret Antipatrum, & nihil amplius ille quam dei proferret inuocationem, videbis in

Vis vene-
ni.

infinitum rem pergere, iussit venenum in medium proferri, vt experiretur quænam esset vis eius. Et adductus quidam eorū qui fuerant morte damnati, bibit iubente Varo, con-
festimq; moritur. Tunc exurgens, abibat e confu, & die postera in Antiochiā perre-
xit: vbi frequens illi fuerat conuersatio, eo q; Syrorū regnum ibi fuerat constitutum.

Herodes Antipatrum filium misit in vincula: & legatio missa ab Hero-
de ad Cæsarem de filio. Caput VII.

Herodes
Antipatro
in vincula
coniec-
to
mittit ad
Augustū.Antiphili
epistola depre-
hensa.

Item alia.

Epistola Ag-
mes, quæ
erat mini-
stra Iulie
Augusti
coniugis.Antipater
culpam in
Antiphili
reiecit.

Herodes autem continuo in vinculis filium obstringi iussit. Incertæ autem erant
plurimæ confabulationes Vari, quæ ad regem habebantur. Dicebant nonnulli, q;
ex eius sententia fecerit, quæcunq; de Antipatro gesta sunt. Ligans ergo eum, destina-
uit Romam ad Cæsarem literas, omne declarantes negotium: sed etiam qui presenti re-
latione Cæsarem docerent nequitias Antipatri. Deprehenditur autem in his diebus etiā
epistola, ab Antiphilo ad Antipatrum scripta. In Aegypto autem erat iste. Quæ solu-
ta a rege, talia declarabat: Misi tibi epistolam ab Agme, non parcens animæ meæ. Scis
enim, quam periclitabor a duobus domesticis, si hoc fuerit agnitus. Tibi autem, pi-
pse ritas ad gerendam causam proueniat: Et epistola quidem talia loquebatur. Rex autem
quererebat alteram epistolam, quæ tamen inueniri non poterat. Nam & seruus Antiphi-
li, qui lectam apportauerat epistolam, aliam se suscepisse denegabat. Cum autem hesita-
ret rex, vnus amicorū Herodis inspiciens interiorē tunicam serui, cum duabus erat
indutus, arbitratus est in interiori tunica literas obcelari: & erat ita. Inuenitur ergo epi-
stola, in qua erant scripta hæc: Agme Antipatro. Scripsi patri tuo quales voluisti pro-
fus epistolæ: & rescriptum faciens epistolæ, quæ ad meā dominā, veluti a Salome dicta
est, destinaui. Quam cum legerit, certo scio puniturum Salomen, tanquam insidiatri-
cem. Erat autem epistola tanquam Salomes ad dominā eius, ab Antipatro dicta, sub
Salomes nomine, quantum ad sententias pertinebat: stilo autem Agmes composita, in
qua continebantur ista: Agme regi Herodi. Ego studium habens, ne te quicquam la-
teat, quæ aduersum te geruntur: inueniens epistolam Salomes ad meam dominam con-
tra te conscriptam, cum periculo quidem meo, sed cum tua tamen vitilitate conscripsi,
tibi que dixi. Hanc autem illa conscripsit, nolens Sylo conungi. Scidi igitur hanc
epistolam, ne fortassis ego de mea vita periclitarer. Ad ipsum autem Antipatrum epi-
stola scripta erat, q; eius iussionibus ministerium gesserat, vt ad Herodem scriberet, eo
q; quasi Salome insidias illi præparare festinaret. Sed etiam rescriptum eius epistolæ,
quæ quasi ad suam dominā fuerat a Salome destinata, direxerat. Erat autem Agme Lu-
dea quidem genere, in seruitio autem erat Iulie Cæsaris coniugis: & hæc gerebat amici-
tia, quam cum Antipatro iunxerat, comparata ab eodem Antipatro magnis pecunia-
rum muneribus, vt eius aduersus patrem & nutricē suffragaretur insidijs. Herodes au-
tem obstupescens magnitudine nequitiarum Antipatri, impellebatur quidem vt cō-
festim eum perimeret, vt pcellam magnarum turbinemq; causarum, & non solum sibi,
sed etiam sorori insidiatē, domumq; Cæsaris sua iniquitate corrūpentem. Accedebat
autem etiam Salome, crebro pectus percutiens, & se interfici postulans, siquid forsitan
tale in ea probaretur. Herodes autem conuocans filium interrogabat, iubens, vt siquid
haberet aperiret: increpabaturq; a patre, dicēte: Quoniā inimicus omnino repertus es,
age nunc, & qui tecum ad hæc negotia operam dedere, nullo modo moreris aperire. Il-
le autem in Antiphilum cūcta referebat, nullumq; alium causam horū extitisse firmabat.
Herodes vero admodū dolens, volebat Romam ad Cæsarem filiū destinare, vt suppli-
cium p suis factionibus sumeret: timens vero ne fortassis amicorū suffragio valeret ef-
fugere, ipsum quidem vincitū, sicut & antea, custodiebat. Verum legatos misit ad ac-
cusandum filium cum literis, intimandaq; omnia, quæ Agme illi ad perficiendam factio-
nem fuerat suffragata: Exemplaria quoque transmissit epistolarum. Interea legati Ro-
mam proficiscuntur, docti in presentia quæcūq; loqui respondereq; deberent.

Herodes ingrauescente morbo condit testamentum. Aliquot Iudei conspiratio-
ne facta, diripiunt auream aquilam a tēplo. Indignatus Herodes, alijs fugienti-
bus duces factionis apprehendi iubet, qui magna constantia & alacritate
pœnas subeuntes, flammis viui traduntur. Caput VIII.

Sed rex morbo prægrauatus, testamentum scribit, iuniori filio regnum retribuens,
odio, quod circa Archelaum Philippumq; ex Antipatri accusatione conceperat.
Cæsari

Cæsari vero mille talenta dereliquit: Iulie vero Cæsaris vxori, & filijs & amicis, & liber-
tis Cæsaris, quingenta: filijs etiam suis, filiorūq; filijs pecunias & redditus distribuit. Sa-
lomen sororem magnifice locupletauit, q; eam scilicet erga se beneuolam semper agno-
uerit, & nunq; aliquid ex aduerso molientem. Desperans autem contra morbum se pos-
se subsistere (nam annum agebat circiter septuagesimum) exasperatus est, irruocabili
furia, & amaritudine mentis incensus, volebat si posset, Iudeorum cuncta disperdere.
Causa vero huius rei erat, q; se contemni putabat, eo q; casum suum iucunde gentem to-
tam existimabat accipere. Super hæc quoq; quidam popularium hominum seditionem
excitauerant, ppter hmōi causam. Erat quidam Iudas Arifei, & Matthias Cargalothi,
Iudeorū eruditissimi, & supra ceteros legis expositores doctissimi: populo etiam ama-
biles, ppter inuentutis eruditionē. Sēper em apud eos totos consumebant dies cūcti,
quibus inerat studiū, & cura virtutis. Isti igitur audientes regē morbo prægrauatū: &
remedij minime receptabilē, oēm excitare iuuentutē: vt opera quæcunq; a rege præ-
ter patriam legē facta fuissent euertentes, pro lege dei gloriola niterētur exercere certa-
mina. Item, ppter eius presumptionē, & ppter quod præter humanū morē fuerat cō-
uersatus in plures, omnia illi mala contigisse firmabant: egritudinem quoq; presentem,
non ei ob aliud accidisse. Fecerat em Herodes quēdā contra legem, quæ Iudas & Mat-
thias vociferabatur. Nam construxerat supra portā templi munus, quasi deo ppositū,
aquilam aureā immanē, & qualitate & quantitate opulentā. Prohibet autē lex imaginū
elevationes & animalium, ppositiones constituere, his qui volunt secundū eius præce-
pta conuersari. Proinde hortabantur illi sophistæ aquilam illam loco deuellere. Enim-
vero mortalibus, inquebant, multo iucundus debet esse periculum, quod p conuersa-
tione paternæ legis & p virtute suscipitur, quam vite quācunq; dulcedo. Nam mor-
te quidē fama & laus sempiterna conquiritur, & nascituris hoibus memoria iucunda re-
linquitur, exemplūq; virtutis & gloriæ. Nam etiā si quis sine periculo valeat aliquid
præclarum opus efficere, post paululum tamen venturā mortem naturę lege non vale-
bit effugere. Proinde pulchrum est his, qui studium habent amoremq; virtutis, cū lau-
dibus & cum honoribus de hac vita discedere. Leuigatio quippe maxima est, pro bo-
nis operibus interire, quæ non nisi meditatione periculi conquiritur, filijs atq; cognatis,
& alijs quibuscunq; qui ab eodem stemmate deducuntur, siue fuerint viri, siue mu-
lieres, siue quilibet alteri: quibus prouideri debet in posterum, vt ad eos vitilias gloriæ
perueniat. Et illi quidem huiusmodi verbis iuuenes excitauit. Defertur autem ad eos
repente rumor, regem vita discessisse, qui sophistis illis admodū suffragatus est: media
que die ascendentes euulserunt aquilam, & securibus cōcidere. Cumq; plurimus esset tu-
multus in templo, ecce dux regis cum militibus venit: nunciatus quippe illi fuerat ni-
sus eorum: & existimans ex maiore illos conspiratione etiam manu cōgressuros ad præ-
lium, ampliorē secum numerum militum duxerat, qui possent impetum sustinere illo-
rum, qui moliebantur anathema templi deijcere. Quo irruente super eos, nequaquā vim
eius sustinere valuerunt: sed sicut solet turba vulgaris, presumptione magis stulta, quā
cauta, pudentia congregata, omnes continuo fugerunt. E quibus quadraginta soli iu-
venes animi cōfidentia remanere, quos dux cōprehendit, cum principibus facti, Iuda
& Matthia. Ingloriū enim iudicauerunt loco cedere, aduentumq; ducis effugere. Hos
oēs perducit ad regem. Quos cū interrogasset, cur in tantam audaciam prupissent, vt
ornamēta tēpli conuellerēt. Et illi: gessimus, inquit, quæ gesta sunt, & consulto nos
illa gessimus ppter mur, quæ ad virtutē attinent, quā viros decere certū est. Siquidē pru-
dentum est defensare dignitatē legis & numinis. Nec mirari debes, si tuis institutis in-
stituta præferimus, quæ nobis Moles inspiratione dei conscripta dereliquit. Mortem au-
tem ac supplicia quælibet importes, cum iucunditate subimus. Non enim pro iniusto fa-
cinore, sed pro amore pietatis nobis sustinenda sunt. Et illi quidem talia loquebantur,
in nullo minora verba quam fuerat commissi presumptio proferentes. Rex autem vin-
culis eos constringi precipiens, euocauit ex Hiericunte Iudeorum principes: quibus
aduenientibus, confessus omniū cōgregatur: ipse vero in lecto recumbebat, q; præ inua-
letudine stare non poterat. Enumerabat igitur presumptiones seditionum iuuenū, in
qbus sepius fuerat deprehensus: templi quoq; ornamenta, quæ suis fuissent magnis sum-
ptibus constructa, memorabat: qualia per annos centum vigintiquinque, neque per

Iuuenum
quadragin-
ta cōprehē-
torum cons-
tantia &
animus.

Asamogum regem construere, neque profapiam eius valuisse narrabat: se autem ad honorem diuinitatis illud templum anathematibus admiratione dignū ornasse: quo post eius mortem, gratam sui memoriam iucundamque relinqueret. Exprobrabat etiam quod iniuriam illi non dubitarent ingerere. Ceterum præsumptum facinus verbo quidem ad suas pertinere dicebat iniurias, re autem ipsa & veritate, si quis vellet meritū examinare facinoris, sacrilegium commissum esse firmabat. Ad hæc illi propter eius crudelitatem, ne contra se quoque fortassis exasperatus, ultiones in eos aliquas moliretur, humiliter responderunt, dicentes: neque ex sua sententia contigisse, neque illa commissa iniuria debere. Ille vero circa ceteros quidem quasi mansuetus extitit, Matthiam autem pontificem sacerdotio remouit, velut huius facti conscium, & causam seditionis extantem: promouet autem Azarum pontificem, fratrem uxoris sue. Matthiæ autem pontificatus tempore, prouenerat alterum extitisse pontificem, ad vnius videlicet diei functionem, quam Iudei cum ieiunio celebrant. Causa vero talis erat: Matthia sacerdotali fungente officio, nocte, quæ in solennem lucebat diem, in qua futurum erat ieiunium, visum est sibi omnino mulieri esse commixtum: proptereaque sacerdotio perfuncti non potuit: sed Iosephus Ellimi filius, cognatus eius secundum carnem, pro eo munere sacerdotali perfungitur. Hunc ergo Matthiam Herodes pontificatu remouit: alterum vero Matthiam qui seditionem excitauerat, & aliquos viros ex sociis seditionis illius, viuos igni contradidit. Sed etiam luna eadem nocte defecerat.

De diro cruciatus Herodis & morbo proflus incurabili, quo diuinavitio poenas scelerum ab eo sumpsit: & quomodo multos Iudeorum iussit occidi se mortuo, vt populus vel inuitus mortem suam deploraret. Caput IX.

Herodem porro amari in dies morbus vrgebat, supplicia deo commissi sceleris expetente. Ignis quippe lentus inerat, non tantum conflagrationem in superficiei corporis agentem prodens, quantum intrinsecus sceleris operabatur in incendium. Auiditas quoque inexplibilis semper inerat cibi: nec tamen satietas vnquam rabidis incitata faucibus, valebat implere ingluuiem. Intestina interius vlcibus tabida putrescebant, doloribus quoque colli & uisceribus cruciabatur, humor liquidus ac luridus pedes tumidos oberrabat. Similis illi quoque & circa pubem erat afflictio: Sed & uerenda ipsa putredine corrupta scatebat vermibus, spiritus quoque incredibilis erecta tentigo, quæ fuerat satis obscena diritate foetoris, & anhelitus respiratio creberima: contractus quoque per cuncta membra subsistens, vim noxiam operabatur, quæ omnem tolerantiam contulerat firmitatem. Dicebatur igitur ab his, quibus inerat diuinandi peritia, diuinitus has poenas ob impietatem eius, & multa crudeliter gesta deposci. Ipse tamen multum spe salutis instabat, si forte posset contra morbos aliqua remedia provide re. Medicos quoque aduocans, vt vteretur si quid possent ad salutem proficere postulabat: & transiens Iordanem fluvium, aquis calidis quæ sunt circa Calliroen, die nocteque fovebatur. Hæc igitur aquæ calidæ, super alia quæ habebant commoda, etiam potabiles erant. Pergebat autem aqua illa in paludem, quæ sulphurifera vocitur. Præterea visum est medicis, vt eum in dolio oleo pleno confouerent: ubi cum missus esset, ita defecit, vt ab oibus mortuus putaretur. Tunc grandis seruorum ululatus exortus est. Cui igitur nulla iam de eo spes salutis existeret, iussit militibus quinquagenas dragmas auri distribui: plurima quoque ducibus & amicis suis munera tribuebat. Deinde reuersus in Hiericentem, prævalentibus nigris coloribus, exasperatus iniquius est, vt ipso moriente in dignum facinus ageretur. Venerant quippe ex locis omnibus per eius præceptum Iudeorum optimates, & erant plurimi, siquidem ex omni gente fuerant cõuocati. Ad hæc etiam fuerat mors contemptoribus præcepti pposita. Magna igitur in oēs regis furia concitata, pariter culpabiles inculpabilesque in Hyppodromo concludens, sororem suam Salomē virumque eius Alexam conuocat, & mortē suam non in longum differi denunciat: tantis se doloribus circumuentum, fore cunctis satis optabilem, se autem sine luctu & deploratione periturum: quod regibus, maxime autem sibi, magni mœoris esse firmabat: neque suum arbitratum Iudeorum falli propositum, quod eis sua mors amabilis foret & grata: Nam etiā se viuente sæpius illos & seditiones & successiones fuisse molitos, & in eius iniurias semper fuisse festinos: ceterū leuigationem quandam illis natam esse dicebat, quod talibus ipse doloribus vrgeretur: proinde petere se ab illis, quod eos sciret con-

ret contra eius gloriam in nullo vêturos, vt agerent qualiter eius exequiæ honorabiles super ceteros reges, luctus amplior ageretur. Quod futurum dicebat, si peregrissent vt Iudei ex animo in eius morte deplorare lamentarique cogerentur. Cum igitur me, inquit, animā videritis expirantem, circumuallantes Hyppodromū omni militia, necdum me morte vulgata, confestum omnes illos inclusos iugulari perficite: & ita cū his interuentibus duo comoda prouentura, quod & regnum illis post suam mortem firmū perseueret, hostibus amputatis, & super suam mortem ludum celebrandum esse magnificum. Et illi quidem lachrymabundus suam lamentatur, & cognatos omnes beneuolentiam circa se fidemque seruare postulat, inuocationem diuinam interponens: ne cum inhonorficentia sua mors, & cum indignitate traheretur. Illi vero profitebatur in nullo se eius præcepta transgressuros. Sed ego comperio illius hominis mentem, cõsiderans illa quæ in anteriori tempore appetebat, quod ex more temporalis vitæ fecerit quæcunque parētibus gessit, considerans etiam presentia madata nihil humanū prorsus habuisse. Siquidem etiam de hac vita discedens procurabat, quatenus omnē gentem orbatam & desertam parentibus dilectissimisque relinqueret: iubens vnum ex vnaquaque domo interemi, qui nihil iniustum neque in ipsum neque in alios admisisse fuerant deprehensi. Hæc igitur illo suis parentibus demandante, deportantur & literæ ab legatis, qui ad Cæsare Romā fuerant missi. Quorum hæc erat sententia, quæ Agmē indignatione Cæsaris extincta sit, pro facinoribus quæ cum Antipatro perpetrare tetrauerat: ipsum autem Antipatrum in patris voluntatem dimissum, vt quod placeret ex eius sententia fieret: ipsum etenim & patrem esse & regem: siue illum in exilium detrudi, siue illum morte multari vellet, in eius proposito constitutum. His auditis Herodes, paulisper animū refouit, voluntate scriptorum & morte Agmē in superbiam subleuatus, & potestate puniendi, quam acceperat in filiū. Sed prævalentibus crescentibusque doloribus, interitui propinquabat: & quanquā in multo defecit contineretur, appetebat tamen cibum: & postulans malum quæcunque & cultum. Erat enim illi talis mos, vt ipse per semetipsum malum excorians, per partes modicas recideret, & comederet. Sumens ergo cultum, circumspectisque ne quis adesset, voluit semetipsum interimere: quod forsitan perfecisset, nisi præueniens manum eius Aciabus contineret: nepos autem eius erat: & magnum clamās, statim ululatus per totam aulam exortus est & tumultus. Quæ cum ad Antipatrum peruissent creditum filium patrem vitæ terminum suscepisse: precipiensque fidutiam tam verbis quam motibus, ita totus animo gestiebat, tanquā fuisset liberatus e vinculis, & regnum in suis manibus sine vilo labore percepisset. Tunc cepit cum custode ergastuli de sua dimissione fabulari, magna se continuo spondens dona tributurum, Ille vero non solum non acquieuit vt faceret quæ volebat Antipater, verū etiam cuncta regi denuntiat, intimās eius mentē, & quæ ab eo munera spondebantur. Tunc Herodes, quis & ante nō minore odio ferretur in filiū, cū audisset custodē ergastuli illa narrantē, magnū protinus exclamauit. Tunc quassans caput, quanquā in extremo vitæ teneretur, & cubito sese attollens, statim destinans quendam armigerorum suorum, sine vlla dilatione celeriter necari iubet Antipatrum, sepulturamque eius in Hyrcanio sine vilo honore fieri.

Testamentum Herodis, in quo Archelaum scriptis regi heredem: & mors, anni que regni eius. Caput X.

Testamentum interea scribebat mēte mutabili, & Antipam quidem, quæ sibi successorem in regno designauerat, tetrarchiam facit Galileæ regionis atque Beroæ: Archelaum vero regnum contribuuit. Gaulanitiidē autem & Trachonitiidē, & Bathaniā, & Pannæda, Philippo filio quidem suo: fratri autē Archelao germano, tetrarchie iura cōcessit: Iamniā vero & Azotum & Phaselidem Salome sorori distribuit, sed & argenti signati miriadas quinquaginta. Disposuit etiā de ceteris suis cōsanguineis atque cognatis, opibus eos reditibusque locupletans. Cæsari sane argenti signati mille miriadas præter vala quædam aurea, quædam argentea, & metallis pretiosa, & artificis opere venustissima dereliquit: indumenta quoque pretiosa, Iulij Cæsaris coniugi, & alijs nonnullis, quingentas miriadas. His dispositis, quinto die post Antipatrum filium necauerat, defungitur: regnās post Antigonum interemit, annos quatuor & triginta: postquam autem a Romanis regnū perceperat septem & triginta, vir crudelis quidem in omnes equaliter: ire quidem subditus, a iustitia vero effrenatus: fortuna porro propitia super

Mādat Herodes mortuus, vt se mortuo priores iter faciant quo Iudei merentem suā vel iusti plorēt

Litteræ Romæ de Antipatro Herodis largæ.

Herodes tunc semet confodere.

Antipater occiditur.

Testamentum Herodis. Aliqui dicunt hunc Antipatrum vocant: Is est qui hereditatu Salomē fecit? Archelaum cum eo de regno certauit: Antipa, Salomē filio vero.

Mors Herodis, & reus eius regni.

Iudeis solutur e carcere.

Aguntur gratie militibus nomine Herodis.

Populus gratulatur Archelao.

Populus funeris & sepulture.

In Herodio sepulchrum Herodes.

Verba Archelai ad populum si benigrum.

quemlibet affluenter abusus, & ex plebeio in regnum assurgens, & pericula plurima eius, quibus sepius fuerat circumseptus, diuturnitate vite prorsus est. Domi vero circa filios, quantum quidem ad eius sententiam, etiam ibi prosperitate potitus, eo quod se suos inimicos superasse censebat: meo vero iudicio, super omnes infelicissimus. At Salome & Alexas, antequam mors regis divulgata foret, ex Hippodromo Iudeos abire permittunt ad proprias domos, dicentes, regem iussisse, ut unusquisque in suas regiones abiret. Hoc autem fecerunt, beneficium illi genti prestare cupientes. Interea mors magisque diuulgatur.

¶ Quomodo mortuo Herode, omnis populus congratulatus est Archelao: & quam magnifice instructa est pompa funeris eiusque sepultura. Deinde verba Archelai ad populum, fauorem eius sibi conciliantis. Caput XI.

I Vnc Salome & Alexas cunctam militiam congregantes in Amphitheatro quod Hiericuntum erat primum quidem epistolam regis legi fecerunt, quam ad milites fecerat: deinde gratias eius in eos pro fide ac beneuolentia quam circa eum exhibuerunt infirmant: petitiones quoque eius, ut similes se circa Archelaum filium eius exhiberent, quem regem constituit, intimabant. Ptolemus etiam, cui fuerat testamentum a rege creditum, annulusque quo signauerat commissus, continentia testamenti denuntiavit: quod testamentum non posset robur firmitatemque suscipere dicebat, nisi cuncta que in eo essent, deferrentur ad Cesarem. Fit continuo fragor ingens, honorantium Archelaum, regemque proclamantium: milites quoque cuncti, & vniuersi duces, fauorem & beneuolentiam promittebant: paratosque se ac promptos ad omnia profecturi, adiutorem deum supplicationibus aduocabant. Dehinc sepulturam regi preparabant. Curę nanque fuit Archelao, ut exequię patris quam magnifica possent celebritate ageretur, utque memoratum testamentum perferret cum mortuo, perducere. Portabatur itaque in lecto aureo, lapidibus depicto varijs atque pretiosis stramina vero erant ostro auroque contexta: eratque ipse mortuus circumamictus purpureis vestimentis, caput eius diademate coronatum: scapulum quoque in manu eius, velut si a viuo teneretur, erat appositum. Circa lectum autem erat frequentia filiorum, multitudo cognatorum: circa quos omnis militia stipata pergebat, per proprias distincta nationes, & discreta nominibus. Erant autem tali ordine distributi: Nam primi quidem pergebant eius armigeri, post quos omnis Thracum manus: post istos etiam natio Germanorum, atque Galatarum. Hos item sequebatur cum ornatu maximo cuncta belligeratoria multitudo. Cetera vero militia postrema sequebatur, in eum scilicet modum digesti, qualiter solebant in bellum procedere, & a suis ducibus ordinari. Post hos sequebantur seruorum eius quingenti, odores varios, & aromata deportantes. Pergebant autem in Herodium stadijs distans octo: illic enim est eius sepultura ex eius iussione confecta. Et Herodes quidem hoc modo defungitur. Archelaus autem per septem dies luctum super patrem honore regio ex more gerit: tantos etenim dies lex paterna precepit obseruari. Conuiuia itaque celebrans, & luctum exoluens, ascendit in templum. Ibi magnis ei clamoribus fauebatur, magnisque predicabatur laudibus, secundum quod unusquisque arbitrabatur ei maiora quam alius conferre preconiā. Tum vero tribunal ille conscendens, quod sibi fuerat preparatum, & confidens, omnibus benigna loquebatur, & sibi propitios comparabat, gaudium fauoris omnium, & voluntate, quam ex beneuolentia circa se cunctorum ceperat: gratiasque illis habere narrabat, quo lapsi a patre nihil circa se malum ab illis recipere careretur: se autem adnisiurum, ut eis bonorum vicissitudinem redderet, eorumque remuneraret alacritatis affectum: rogabat autem, ut nunc interim parcerent nomine illum regis honorare: sufficere sibi dignitatem potestatis aiebat, quam tunc firmam esse dicebat, cum testamentum a patre scriptum a Cesare firmaretur: ob quam causam neque in Hiericunte, cuncta militia diadema illi imponere cupiente, voluisse suscipere: ambiguum honorem extimans ex tali re sibi prouenturum, quod esset adhuc incerta voluntas eius, qui posset illi regnum proprie firmitusque concedere: non sibi futuram circa illos benignitatem, que beneuolentie eorum vicissitudinem reportaret. Eestinare quippe se in omnibus enarrabat, meliorem se suo patre circa illos ostendere. Illi vero, sicut plebeia multitudo confuevit, in ipsis primis diebus videntes regis lenę principium, voluntates suas laudibus & fauoribus aperiebant: & quanto mansuetius cum eis loquebatur Archelaus tanto amplius nomen Archelai predicabant: deinde ad muneri petitiones intercessio

neque

neque vertuntur. Alij quidem functionum publicarum leuigationem cum clamore postulabant, pars vero victorum solutiones expetebant, qui fuerant ab Herode deuinxi: alij vero grauedines, quas Herodes in emptionibus & in publicis nudinis constituerat, auferri vociferabantur. Archelaus porro in nullo illis contraria responderebat, sed in omnibus eos placabat, accurans regni fore suffragium, si multitudinis beneuolentia comparasset. Dehinc ad sacrificia offerenda deo conuertitur, & cum amicis conuiuia celebranda.

¶ Quomodo propter illos, qui autem aquilam auulserant, sed ab Herode peremptos, exorta est grauis seditio, quam dum missis militibus Archelaus conaretur sedare, impetus factus est in milites, vicissimque versus 3000 ludęorum in templo cęsa, post quod Archelaus nauigat ad Augustum. Caput XII.

C Vm hæc interim aguntur, congregantur Iudeorum iuuenes plurimi, novarum rerum cupidine cœcitati: & cœperunt de morte Matthiæ, aliorumque cum eo ab Herode interemptorum, tumultuosa voce causari: dicentes, quod iniuste perempti: etiam exequiarum honore Herodis timore caruerant. Erant autem isti, pro quibus turba loquebatur, qui fuerant euasione aureę aquile perempti. Magnum ergo illa turba proclamante, & clamitationibus utente: quasdam etiam iniurias, quasi ex hoc posset ad illos mortuos aliqua leuigatio peruenire, proterue procaciterque iactante: congregabatur magisque numerosa multitudo, & ultionem mortuorum ab Archelao fieri debere poscebant, super placijs eorum, qui sub Herode fungebantur honoribus. Et primum quidem omnium sacerdotio remoueri pontificem, quem Herodes fecerat, proclamabant: virum mundum, & secundum leges suas dignum ad pontificatum promouendum esse dicebant. Archelaus autem licet ista grauius ferret, annuebat tamen, impetum eorum mitigare festinans, donec iter ad Romam, quod propositum habebat, sine tumultu perageret: & cum de sese voluntatem Cesaris agnouisset, respicere dixit, quid agendum foret, & de cunctis petitionibus eorum legitime dispositurum: tunc tempus esse dissensionis, aut iniurias vel contumelias ingerendi, magis autem vnitatis atque concordie, donec ex precepto Cesaris ad eos cum firmitate regni recurreret: tunc quippe in comune consulere, de quibuscunque illis tractandum esse videretur: tum autem sustinendum esset, ne forte seditionis quoque crimen incurrerent. Et ille quidem hæc dicens, ducemque suum edocens, mittit ad eos, hæc ipsa locuturum. Illi porro proclamantes, ducem loqui penitus non sinebant: periculum quoque minabantur, siquis eos ab assumptione sua reuocare voluisset: & instabant sua libidine magis expleri, quam imperantium subiacere consilijs. Graue namque illis videbatur, si cum Herode viuentis amicis priuati fuissent, eodemque mortuo nullam vltionem fieri mortuorum. Illud enim iustum legitimumque dicebant, non quod ratio diceret, sed quod eorum libidini voluptatem posset afferre: fatui ad prouidendum, quantum illis esset ex ea re periculum nasciturum. Plurimis itaque ab Archelao missis, ut tumultum seditionemque mitigarent, alij ex regis persona loquentibus, alij autem ex illius quidem sententia, sed veluti ex sua mente monentibus, illi nullum penitus aduertebant: sed amplius fremitus & turba fovebatur: cœcurrente etiam plurima multitudo, quod illa tempestate Iudeis dies festus imminere, quando azyma secundum obseruationem paterni moris exerceant. Pascha enim illa festiuitas vocatur, ad recordationem & memoriam exitus ex Aegypto: & sacrificatur ab eis illo die cum alacritate magna pecudum innumerosa multitudo, quæ in nulla alia solennitate acta. Cœcurrit ergo ex vniuersa regione magna copia populorum, plures etiam ex montanis locis adueniunt, religionem numini soluturi. Sed iuuenes qui seditionem excitauere, ludam Matthiamque lamentabantur, veluti doctores expositoresque legis antiquę: & persistebant in templo, suffragione quoque virtualium abunde subsistete. Nam seditionis hominibus turpe non ducebatur ab alijs cibos expetere. Anxius autem Archelaus, ne in deterius eorum processisset audacia, cohortem destinat armatorum: cum quibus etiam tribunum militarem mittit, ut eorum coerceat impetum: & primum quidem, ut illos seditionis repelleret, & ab alia multitudo separaret. Sed venientibus militibus illi seditionis cum ingenti alacritate, excitata secum turba, super tribunum ac tota presidia cum voce magna inuicem hortantes impetum faciunt: ex quibus plurimi fusi, pauci autem cum tribuno sauciati diffugiunt. Archelaus autem cuncta pessum ire censebat, nisi multitudo illius impetum frangeret, tumultumque illud relictum exstingueret. Cunctam igitur

Seditio.

Fie impet in milites & tribuni

Ceduntur
circiter tria
milia Iude-
orum in tem-
plo.

Archelaus
ad Cæsarem
nauigat.

mittit militiā, vt alij eos qui sibi in templo habitacula construxerant, exinde repellerent. Ceduntur itaq; ab equitibus circiter tria milia hominū, reliqua vero in mōtes proximos refugit multitudo. Ceterum ex edicto, cunctos ad suas regiones discedere iubet Archelaus. Quique continuo discesserunt, festiuitatem deferentes minime celebratam, maioris timore periculi propulsati, licet essent in mortem temeritate precipites. Interea Archelaus ad mare proximū cum matre descendit, Nicolaū secum & Ptolemēum habens & amicorum plurimū comitatum: Philippoque fratri omnia gubernanda reliquit, domum ei regnumq; cōmendans. Salome quoq; soror Herodis, cum eo simul egreditur, omnē secum ducens profapiam: ad hęc etiam plurimi cognatorum, verbo quidem, veluti cum Archelao collaboraturi, vt ei regnum a Cæsare firmaretur: re autē vera, vt aduersus eum niterentur: maxime illa, quę ab eo in templo gesta sunt, accusando proponerēt. Obuiā fit Archelao Sabinus Cæsaris curator earū rerū quas in Syria possidebat in Iudęā pergens, p̄ cōseruatione thesaurorū Herodis. Quē Varus ab hac intentione reuocauit, per Ptolemēū, qui trāsibat ab Archelao, cōuocatus. Sabinus ergo Vari gratia, neq; arces obtinuit, quę eunq; fuerant in Iudęorum ciuitatibus constitutę, neq; thesauros consignauit: sed oīa sub iure dimisit Archelai, donec quid de his Cæsari videretur agnosceret. Proinde Cæsare se sustinuit: sic enim se promiserat esse facturum.

Antipater vbi Archelaum Romā nauigasse cognouit, & ipse secutus est hortatu Salomes. Factaq; est concertatio coram Cæsare horum duorum super regno Iudęę.

Caput. XIII.

Sed cum Romam nauigasset Archelaus, Varus perrexit Antiochiam, Sabinus ascendit in Hierosolymam, & aulas regias obtinet: euocansq; omnes oppidorum prefectos, & quotquot rerum dispensatores fuerant ratiocinari cepit, & arces vt sibi traderentur expetere. Ex hoc iam illi quos prefecerat custodes Archelaus, mandata eius implere non poterant: sed custodiebant omnia secundum interdictum Sabinī, vīq; ad Cæsaris preceptum. Nauigat etiam Romā in illis diebus Antipater Herodis filius, regnū etiam ipse petiturus, hortatu Salomes & promissionibus incitatus, dicentis, iustiores causas illum habere Archelao ad regnum percipiendum: quod primū testamentū, in quo is successor regni fuerat constitutus, firmitus esset: illud sana siquidē mente fecisset Herodes, hoc autē iam sensu p̄ valetudine diminuto conscripsisset. Ducebat secum etiam matrem, & fratrem Nicolai Ptolemēum, amicū Herodis satis honorabilē, sed etiam sibi valde gratissimū atq; fauentem. Maxime autem eum incitabat ad regnum petendum Irenęus rhetor, vir opinione clarus, & ad dicendum acerrimus. Idcirco etiam freti, eos qui persuadebant cedendum Archelao, siue quod regio testamentum successor fuerit institutus, quod maior natu esset, aduertere contemnebant. Sed cum Romā venissent, omnes cognati ab Archelao discedentes, ad istum conueniunt: non beniuolentia circa eum aliqua constrixi, sed odio, quo aduersus Archelaum irritabantur. Maxime autem libertatē desiderabant, & Romanorū iudices magis quā reges proprios habere cupiebant. Quod si hoc minus procederet, Antipatrum magis quam Archelaū sibi regem conducibilis estimātes, impetrare laborabant. Sabinus quoq; accusationē Archelai apud Cæsare deposuit. Inter hęc Cēsār suscipiēs ab Archelao literas, in quibus iura a patre sibi relicta proposuit, testamentū quoq; cognoscens, & ratiocinia thesaurorum Herodis cum anulo consignato, quem Ptolemēus apportauerat, cepit conspiciari quid ordinandū ratio postulat. Legens quoq; literas Vari, & epistolas Sabinī, sūmā quoq; thesaurorum, & quid pecunię per singulos annos ingrederetur aduertens: literas quoq; quas Antipater pro regno promerēdo transmiserat recensens, cōgregabat ad consulandū omnes senatorij ordinis, & amicos, in quibus etiam Caium filiū Agrippę, & Iulie filię suę adoptiuium. Deinde illis omnibus in concessum indutis, copiam facit, vt quisq; de quibus moneretur ediceret. Ibi primū Salomes filius Antipater, dicēdi potentissimus, & Archelao satis infestus, huiusmodi verba locutus est, dicens: Archelaum verbo quidem pro regni petitione se fingere laborare, opere vero omnē regni potestatem possidere: antequā ei a Cæsare, in quo cuncta potestas sita esset, indulgeretur. Huius testimonium esse dicebat eius audaciam, qua p̄sumpserat in die festo, Iudeos interimere. Qui si & iniustum aliquid gessissent, alius inter eos deberet vlcisci, quieos possit legitima & ordinata potestate cōpescere, & non ab illa tantā cēdē fieri oportere. Quis

Antipater
pergit Ro-
mam.

Concertatio
Archelai
& Antipa-
tri apud
Augustū
pro regno
Iudęę.

Antipater
contra Ar-
chelaum.

Qui si vt rex illud fecisset, contumeliā grandem Cæsari intulisset firmabat, quod ignorans quid de eo adhuc dispositurus esset regia iam vt potestate p̄sumeret. Si autem vt priuatus illa gessisset, amplius eum deliquisse narrabat: quod regnum nō possidens, supplicia quibuscumq; intulerit de quibus decretum Cæsaris debuit expectari. Opponebat illi etiam iudicum militarium mutationes, & ordinationes: ad hęc etiam sedisse illū in solio regali & causas plurimas iudicasse, ac determinasse proclamabat, tanquā a rege legitimo eius ius potestatis integrum possidente: petitionū quoq; plurimarū promissa publice facta memorabat, quid eum amplius iuris ac potestatis habitaturū, dum in regno a Cæsare firmaretur. Opponebat illi etiam, q̄ ex Hyppodromo victos sponte dimiserit, & plurima, siue quę facta fuerant, seu quę facta quidem non erant, sed credibilia videbantur propter naturam sui: quod fieri posse iudicabantur a iuvene, tum etiam ab accenso regnandi cupidine. Dicebat etiam luctum eū patris penitus neglexisse, phibitos quoq; omnes a rege cum moreretur vidēdo: vnde initium quoq; seditionis affirmabat exortū, q̄ eum videbat circa patrem suum mortuū, qui ei multa & magna bona p̄stitulerat, tam nequiter conuersari: vt velut in se lachrymas per diem publice confingentē, occulte autē voluptate regni percepti frui, & noctes in delicijs agitare: erga Cæsare quoq; huiusmodi se p̄biturum Archelaum, cū ei regnandi iura tribuerit, qualem se circa patrem exhibuisse cognoscitur: Tripudiare nanq; & cantus exercere in morte patris, tanq̄ si hostis aliquis interiret: & q̄ nunc aduenisset ad Cēsarem, calliditate vsum dicebat, vt se regni percipere firmitatē desiderare simularet, cum omni iam vsus esset antea potestate, quanta illi nec ampliora Cæsare rerum domino posset attribui. Maxime vero cēdem, quę in templo facta fuerat, verbis exaggerabat: & impietatem obiecit, q̄ in die festo sacrificijs diuinis in stantibus, multa milia hominum cęla fuissent, in quibus multi peregrini, plurimi infantes indigne & miserabiliter occubuerint: templum quoq; plēnū cadaveribus mortuorū, nō alienigena sorte perimente, sed eo qui se regni iura legitime perceperisse iactabat. Vnde apparet, inquit, illud opus crudelitatis libidine perēgisse, vt integre se plenum tyrannidis negotium prosecutum esse testetur, per iniquitatem admissam, qua cunctis hominibus constaret odibilis. Festinabat enim quoquo modo regnū accipere, sciens q̄ pro sui merito nunq̄ posset vel in somnis regiam potestatem legitimo iure promereri. Nam & patri suo certos esse suos mores agnouerat, vnde se regni ab eo successorem disponi proculdubio desperabat, nisi per egritudinē ac morbos, quibus non solum corpore confectio defecerat, verum etiam animo parū valido erat. Ceterum quādo mens eius sospes fuisset & sana, & corpore forti, vt digne ac merite negotia cuncta disponderet, in Antipatrum potestatem regnandi contulerat, testamento iure legitimeq; confectio: Nam qualis porro rex iste possit existere, qui aut cōtempto Cæsare ius sibi totius potestatis arripuit: aut sita Cæsare se dominū fieri & ab eo regnum sperabat accipere, cur ciues suos sine illius p̄cepto priuatus adhuc, & in templo die festo in stante, tam crudeliter interemir? Et Antipater quidem huiusmodi verba locutus, testes etiam introduxit, plurimos ex cognatis, per quos sua dicta firmaret. Cūq; is loquēdi finem faceret, surgit Nicolaus pro Archelao verba facturū: dicebat itaq; illa quidē quę in templo contigerant improbitate potius eorū qui passi sunt, quam Archelai potestate contigisse: siquidem tantū eos facinus aggressos fuisse, vt non solum iniurias contumeliasq; iactaret, sed etiam eos qui deuote humiliterq; viuere disponebāt, vlcisci p̄tenderent. Cūq; hostilia multa operarentur, verbo quidem aduersus Archelaum, rei autem acerbitate aduersus Cēsarem: necessariū Archelaum iudicauit, vt eos ab hac infolentia & improbitate reuocaret. Sed illi eos, quos Archelaus ad sedandas turbas miserat, interimere festinabant, sine vlla vel dei vel loci festiuitatis ve reuerentia. Mirari se sane dicebat, nō confundi Antipatrum, quod talium defensor existeret: dūmodo inimicitie suę, quam contra Archelaum gerebat, libitum faceret: & odio magis q̄ natura iustitię iudicare et illos purgare gestiēdo, qui cū tāto scelere aduersus suos principes arma corripuerint. Cetera vero de quibus Archelaum accusauerāt, in eos ipsos accusatores referebat: dicens, nihil sine ipsorum consultatione vel consensu factū gestumve fuisse: sed animo ledendi nunc in transuersum ab equitate discedere. Nam neq; scirent taliter res esse dispositas, qualiter accusabant: sed ad inuidiam Archelai cuncta deprauare: & tantam illos cupidinem inuasisse obsidendi Archelao, viro quidē consanguinitate pro-

Nicolaus p̄
Archelaum
verba facit

pinguo, cōuersatione autē eis familiari per omne tēpus adiuncto. Testamentū etiā patrē sana mente conscripsisse narrabat, firmiusque esse quod posterius fuisset scriptum, quod in hoc posteriore dñm cūq; ordinatiōis Cēsarem cōstituerit: quē minime illorū improbitatē imitaturū dicebat, qui Herodi iniuriā facerent, in cuius vita oībus bonis omnīq; potestate perfuncti essent. Nunc autē ad contumelias quidē volūtas eis & intel-
 lectus in omnibus festinaret, sed nequaq; Cēsarem iniurias illius viri permittere, qui & amicus fuerit & auxiliator, & omnia in sua potestate dimiserit: neq; pati vt testamentū eius solueretur, quod de sua fide fretus scripserit: neq; virtutē Cēsaris imitaturū esse il-
 lorū accusatorū, criminatorūq; nequitia: fidē eius in omni mūdo ad exēplar propositā, & indubitātā cūctis gētibus esse referebat. vnde nequaq; possit Herodi alienationē & furiam mētis ascribere, quem per multū tempus optime regnū gessisse cognouerit, suc-
 cessionemq; optimo filio dicasse: Sed neq; iudiciū regis circa electiōē successoris pec-
 casse firmabat, imo magis prudētē & optime iudicasse, quod omnia ad voluntatē pote-
 statemq; Cēsaris redegitset. Postquā hęc Nicolaus enarrauit, & finē loquendi fecit, Cē-
 sar Archelaū sibi ad genua procidentem cum honorificentia subleuauit, pronūtiāns
 eum dignum regni perceptione, magnūq; sue mentis monumentum gratiamq; decla-
 rauit: & non aliter esse se facturum, nisi quēcūq; testamento cōtinerentur. Interea cū
 cū Archelao fauere, non tamen certum aliquid fuerat de finitum.

¶ Vt Sabinus, postquam Archelaus abnauigauerat, veniens Hierosolymā, arces & thesauros regio violenter inuasit, propter quod orta grandis est conspiratio Iudeorum in Sabinū, cōmissaq; pugna a dñm fuisset de Sa-
 bino, nisi incensa porticus Iudeorum multi interissent. Sabinus tamen & sui nihil minus obsidentur a Iudeis. Caput. XIII.

I Citur facta solutione concessus, apud seipsum Cēsar considerabat, vtrumne Arche-
 lao regnum confirmare deberet, an omni Herodis generi dispertiri. Interea mater
 Archelai morbo pregrauata defungitur. Sed etiam a Varo, qui in Syria militie magi-
 ster erat, literę veniunt, significantes seditiones decessioneq; Iudeorum. Postquā enim
 Archelaus nauigauerat, cuncta gens varijs motibus fuerat tumultuationibusq; turba-
 ta. Sed Varus adueniens, eos qui causa seditionis extiterant, supplicijs & tormentis ad-
 egit: rebusq; compositis ad Antiochiam repedabat, vnum ordinem militum in Hiero-
 solymis derelinquens, qui Iudeis, si forte aliquid seditionis moliretur, obuiam irent: sed
 nec sic tamen seditio terminatur. Nam postquam Varus abcessit, Sabinus curator Cē-
 saris illic remanens, Iudeos cepit opprimere, ex militia sibi multos armigeros faciens,
 quorum satellitio aduersus Iudeos affligendos utebatur. Vnde illi perturbati ad sedi-
 tiones excitandas necessitate cogebantur. Sed etiam arces violenter obtinuerat, & the-
 sauros regio scrutatus sumplerat, lucrorum & rapinarum cupidine concitatus. Immi-
 nente igitur pentecoste (festiuitas namq; hęc apud nos sic paternaliter appellatur) non
 tantum religionis gratia, quantum indignatione succensi, propter improbitatem & op-
 pressionem Sabinī, multa milia congregata sunt hominum Galileorum, & Hiericuntī-
 norum immanis multitudo, & quotquot trans Iordanem fluium habitabant: sed etiā
 am incolarum magna manus adunata, qui plus alijs incensi, in vltionem Sabinī conspi-
 rauerant. In tres itaq; partes diuisi, diuersa loca occupant. Et vna quidē pars Hyppo-
 dromū tenuerat: ceterarum vero duarum altera pars, ab aquilone vsq; ad austrū versa,
 circa templū erat: altera vero ad orientē loca posita detinebat. Tertia vero pars Hyp-
 podromū, sicut diximus, ad occidentem occupauerat: quo loco etiam aula regalis exta-
 bat. Erat autem illis tota festinatio, vt Romanos inclusos obsessosq; constringeret. Sed
 Sabinus timens tam etiam multitudinem eorū, quā nobilitatē ingenij, quippe quibus
 mors contemptū erat dummodo cōcepta perficerent, confestim scribit ad Varum, po-
 stulans vt quam citissime subueniret: in magno periculo esse cunctam a se ibi militiam
 derelictam: ipse autem altissimam turrim arcis ascendens, cognomento Phaselum, in
 honorem fratris Herodis Phaseli edificatam atq; ita nominatam, qui in prelio Partho-
 rum defecerat, annuebat Romanis, vt Iudeos exeuntes aggrediretur. Cūq; ipse neq;
 ad amicos auderet villo pacto descendere, alios ante se pro suarum facinore rapinarum
 mortem hortabatur appetere. Sed Romanis egressis cum fiducia, pugna vtrinq; aspe-
 ra satis exorta est. Et licet Romani opere bellico, & experientia superiores existerēt, &
 plures

plures ex Iudeis occumberent, obstinatio tamen Iudeorum nequaq; tam dira belli facie
 frangebatur: sed circumēites pene templum, ascendunt in porticus, quę fani arcam cō-
 tinebant, & ibi multum prelium profligatur: saxa quędam manibus voluebant, quędā
 fundis & tormentis ceteris emittebant. Ad hęc etiam cum arcubus intermixti. Roma-
 norum plurimos fauciebant. Nam opportunitate loci, Iudei superiores extiterant. Ro-
 mani vero in incerto positi, nec icūs ancipites euitare, nec hostem vllis iaculis poterāt
 vulnerare. Proinde cum in hunc modū non breui tempore pugnaretur, postremo Ro-
 mani impune se talia perpeti non ferentes, ignem porticibus submitunt, Iudeis qui su-
 per porticus erant nō sentientibus. Ignis porro a plurimis appositus, continuo in flam-
 mas exēsuat, testaq; corripuit: quorum materies, quod erat pice cum cera peruncta, &
 in superficiem deaurata, ignem confestim suscepit: quo incendio opera illa magna & ad-
 miratione digna disperseunt. Sed etiam eos, qui super porticus pugnātes asisterant, re-
 pentinus corripit & insperatus interitus: alij simul cū testis cōcidentibus pessum ibāt,
 pars hostium cōfusi perire vulneribus: pleriq; defectu consilij, & sub tali eladis stupo-
 re, aut igni sese contradunt, aut gladijs abusi suis intereunt: vt malum quasi quo se vide-
 bant circumseptos, effugerent. Quotquot autē retrorsum via qua alcēderant, recur-
 rentes, a ruina vel incendio liberantur, a Romanis continuo sine vllō negotio neca-
 bantur. Quippe nudi armis, & animi timore soluti, veniebant in manus Romanorum
 Proinde ex cunctis qui tēta conscenderant, nullus valuit penitus euadere. Romani
 autem per illud incendium in fidutiam subleuati, interius progrediuntur: & erarium
 vbi templi opes seruabatur, arripiūt: & plurima quidem a militibus furata sunt. Sabi-
 nus aut vix inde quadringēta talēta valuit rationi cōquirere. Interea Iudeos plurimū
 contristabat, tam interitus sociorū, q̄ erarij, anathematūq; direptio: & tamen quot
 quot eorum vel peruersitate mentis obstinati, vel pugnares promptiq; constabant, au-
 lam regiam vndiq; vallantes, minabantur incendium, & cunctos ibidē vna interitui da-
 re, nisi celeriter abscederent. Nam se quoq; copiam illis exeundi, si id eligerent, daturus
 Sabino quoq; si etiam ipse vellet, exeundi tribuere facultatē pollicebantur. Dum ista
 geruntur, nōnulli ex regijs militibus ad Iudeos transeunt. Rufus autem & Gracchus
 tria milia pugnatorum ex militia Herodis sub se habebant, viribus corporis exercita-
 tos, & strenuos. Cum his igitur omnibus sese Romanis adiiciant. Rufus etiam equi-
 tes aliquantos habebat, ipsos quoq; secum Romanis auxilio duxerat. At Iudei obsidio
 nem minime negligebant, sed etiam mœnia cūctā circuibant: hortsbanturq; omnes,
 vt illam opportunitatem se saluandi, & in libertatem paternam respirandi non perde-
 rent. Sabino vero optabile fuit, vt egrediens abscederet: sed cōmittere semetipsum non
 audebat, suorū cōsideratiōe factorū, & quod hostes admodū infideli mēte esse cognoue-
 rat: simul etiā Vari prestolabatur aduētum: eūq; si adesset, obsidiōē illā esse soluturū.

¶ Quomodo Iudei varijs tumultibus, absente Archelao, est quassata: non paucis ad regiam dignitatem aspirantibus. Caput. XV.

E A tempestate etiam alia plurima, turbis tumultibusq; plenissima puenerūt, quę
 totam Iudeę regionem grauiter desolabant. In quibusq; namq; locis, alij lucri cu-
 piditate concitati, pars inimicitia Iudeorum, ad excitanda bella ferebantur. Mili-
 tauerunt quondam Herodi duo milia hominū, hincinde congregatorum. Hi ergo in
 vnum collecti, & seorsum a ceteris discedentes, aduersus regioes milites pugna congre-
 diuntur. Vtebantur autem Alcibiade duce, Herodis nepote, quē sibi preferant: qui
 tam in campis ad pugnā strenue ferebatur, q̄ in locis alperis arte preualebat, propter
 experientia, quam ex vsu belli perceperat. Iudas autē quidā erat filius Ezechij prepo-
 siti, latronū, qui multū quondam preualuerat, sed tēporibus Herodis cum magno fue-
 rat labore deprehensus. Iste igitur Iudas, circa Sephorim Galileę congregans multitu-
 dinem virorum perditorū, atq; desperatorū, cum eis aulam regiam pugnabundus inua-
 dit. Ex qua copiam amonū, quantācūq; ille locus habebat abrupit: & exinde suos oēs
 armans, sumit etiam cunctas opes, quę ibidē pro custodia fuerant derelictę. Hinc terri-
 bilis vniuersis effectus est. Nam huc atq; illuc agebat, & ducebat exercitū, libidine rei
 maioris accensus, & emulatione regnandi, sine vlla virtute vllaq; prudētia: sed ad vim
 inferendam tantū, & ledendū promior, & procliuius extabat: sperans ex hoc sibi dignita-
 tem, gloriamq; venturam. Extiterat quoq; Simon, seruus quidem Herodis regis, verū

Porticus in-
 cenditur.

Magnastra
 ges Iudeo-
 rum.

Diripiunt
 opes erarij

Iudei obsi-
 dē aulam
 regiam.

Rufus &
 Gracchus.

Alcibiades
 contra regi-
 os milites.
 De Iuda fi-
 lio Ezechij
 latronis.

De Simo-
 ne seruo
 Herodis.

Augustus
 Archelau
 regno di-
 gnū pro-
 nuntiat.

Mater Ar-
 chelai mo-
 ritur.

Seditio Iu-
 deorum p-
 pter Sabi-
 nitatem

Committi-
 tur pugna.

decorus vir, magnitudine corporis ac fortitudine prestans, cui magna fuerant credita, commissaq; negotia. Is igitur rerum intemperantia subleuatus, diadema suo capiti presum pfit imponere: & aliquanta multitudine congregata, rex pronuntiatur, infania simul furiaq; populorū. Sed etiā ipse dignū semetipsum existimās, super omnes qui regnū ante gessissent, aulā regiam in Hiericunte succendit: & oīa quę ibi habebātur abripuit. Multa quoq; in diuersis locis per vniuersam prouinciā, vbi regia consistebat tabernacula, comburebat: cunctaq; exterminio dabat, ignibus concremando. Ampliora quoq; iste gessisset, & amplius illa regio fuisset deleta, nisi celeriter mutatio contigisset: nā exercitus militū regiorū, qui se Romanis addiderant, tota manu, totaq; virtute congregiens occurrit Simoni: vbi multa vi, die longo certatur. Sed plures, qui ex locis trans Iordanem cum Simone fuerāt cōgregati, neq; ordinis neq; dispositionis bellicę gnari, (siquidem temeritate magis q̄ disciplina pugnabāt) a regijs occubere militibus. Sed etiā ad ipsum Simonem, per fugas se & per mōtis fauces saluare cupientem, Gracchus occurrens, caput ei abscidit. Incensus est etiā illis diebus, super Iordanem locus noīe Emachoes, a quibusdam hominibus, Simoni consimilibus. Sic igitur in illa gente multa de mentia vagabatur, propter quod regē propriū non habebat, qui populum virtute ac moderatione disponderet: & propterea alienigenę irruerant, per quos seditiosas mentes occasionem accipientes, ad bella excitāda succensę sunt: intentione sola dequastandi, & rapiendi aliena. Ceterū & * Athonges, vir neq; generis dignitate conspicuus, neq; virtute decoratus, sed opum tantū cōsiliū abundantia, (pastor enim erat iste, & cunctis in omnibus rebus obscurus, verum magnitudine corporis & robore preualens) ausus est etiā ipse in regni conspirare potentiā. Erant quippe illi fratres quatuor, vasti etiā ipsi corpore, & magnū de fortitudine gloriātes: & ex hoc credebant se regnū omnibus modis obtinere: nam vnusquisq; eorū turmam propriā ducebat. Cōgregatur itaq; ad eos plurima multitudo. Et illi quidē ductorū fūgebātur officio: & sicubi opus erat, discurrebāt, bellicos exercēdo confliktus. Ille vero diadema suo capiti circumponēs, ad cōsulandū conciliū cōuocabat, vt quid factū opus esset decerneret. Videns autē cuncta in sua potestate, cōcepit infania ferri, maxime q̄ rex a populo vocabatur, q̄ sibi ad regendū quę vellet, nihil esse impedimēto cernebat. Deniq; tam ipse q̄ fratres eius magna cōspiratione fremētes, odio Romanorū & regiorū militū, bellū gerere festinabant. Nā equa liter aduersus vtroq; infesta mēte ferebātur: aduersus regios quidē milites, ppter iniurias, quas eos sub Herode perpetrassē reputabāt: aduersus Romanos autē, q̄ eorū in presentia potestas existeret. Igitur asperitas huius mali tēpore currente crescebat, nullusq; interitū poterat euitare. Nam alios quidē spe lucri exterminabāt, alios autē occidēdi cōsuetudine perimebāt. Incurrūt etiā aliquādo Romanorū turmę circa Emmaum: & circundantes Arriū cēturionē, qui ducebat exercitū, quadraginta ex eis vulnerare, qui fuerant manūū exercitatione meliores: ceteri vero timore fugiētes, a Graccho qui multitudinē regię militū ducebat, defenlati saluātur, suos mortuos relinqūtes. Et multa parte diei, Romanos regioq; milites insequētes, plurimos fauciabant. Superiātur tamē postea & cōprehēdūtur: alius quidē cū Graccho confliktens, alter autē cum Ptolemęo. Maiorē autē fratrē, Archelai milites cōprehēderūt. Nouissimus autē eorū, super his quę cōtingebant, merore confectus, hesitare cōcepit, qualiter saluaretur. Nam se solum remansisse cernens, & omni manu militum spoliātum, fidei patrulis Archelai se cōmittit, ac tradit: sed hęc quidem postea contigerunt. Igitur sic Iudęa latrocinantium facta fuerat habitatio. Siquis enim manū aliquam congregaret, quę secum ad seditiones faciendas, conspirare preluemeret, statim rex efficiebatur: exurgens ad cōmunem regionis interitum. In breui quidem, & in minimis rebus Iudęi Romanis noxię existentes, inuidia tamen contribulium, ciuiumq; suorum, ad omnia nequitie opera ferebantur.

¶ Quomodo Varus audiens Romanos milites a Iudeis obfessos, & quę tentata fuerāt a Sabino, magna manu properat Hierosolymā, res Iudęę compositurus: quo veniente, Sabinus fugit. Caput. XVI.

Interea Varus, mox vbi quę gesta sunt, Sabino scribente cognouit, timens illi legioni, quā in Hierosolymis dereliquerat, duas reliquas legiones assumens, (tres quippe in Syria fuerant cōstitutę) assumens etiā equitum alas quatuor, & auxilia quę reges tetrarchę diuersi mandauerāt, maturabat presidium illis, qui in Iudęa obfisione tenebatur.

De Athonges.

At Athonges longe.

tur, asserre. Dicebat autem omnibus, quod Ptolemaidem pergeret. Dant illi etiam Berithij transeuntī, subsidium mille quingētorum virorum. Mandat illi & Aretas quoq; Petreus, qui odio circa Herodem, amicitiam cum Romanis induxerat, non paruum petitū & equitū manum. Congregato itaq; in Ptolemaide omni exercitu, exinde partē filio tradens, vnum amicorum suorū destināt Calileos expugnatum, qui super Ptolemaidem habitabant. Ille autem Calileam ingrediens, magna vi pugnare cōcepit. Et prius Sephorim capiēns, habitatores quidem omnes captiuos abduxit: ciuitatem autē ignibus tradidit. Varus autem Samariam cū omni manu ingreditur, sed a ciuitate abstinuit: erat enim crimine seditionis in munis: sed quodā vico Ptolemęi Arus nomine, castra collocat, quem vicū Arabes odio Herodis hostili more comburunt. Iter quoq; agentes, alium vicū Saffo nomine, magnum atq; opulentū, iidem Arabes cōprehēdētes, incendio concremarunt: & quaquauerisum exercitus ibat, igne cuncta & cede replebantur. Succeditur enim Emmaus castellū, Varo iubente, gratia mortuorū. Hinc itaq; in Hierosolymam tendit. Illi porro, qui ad obfisionē fuerant congregati, faciē ipsam non ferentes exercitus, passim cuncti diffugiunt, imperfecta seditionis opera reliquentes: qui vero in Hierosolymis fuere Iudęi, Varo grauiter incusante, excusationibus diuersis semetipsos purgare nitebantur, q̄ multitudo illa ppter festiuitatem fuerit cōgregata: bellum autē nequaq; ex eorum lententia contigisse, sed temeritate aduenarum fuisse cōmotum: scipsos autem cum Romanis obfessos potius q̄ obfisionē gessisse, ppositū. Venerunt autē in occursum Varo, Iosippus Herodis regis nepos, & * Gratus, atq; Rufus, oēm exercitū quem sub se habebant, secū pariter adducentes: occurrunt etiā Romani, qui obfisione tenebantur. Sabinus autē non volens in faciem Vari venire, ex alia parte Hierosolymis egrediens, mare versus abscessit. Interea Varus per oēm regionem, partem militū mittit quęsitum eos, qui causā seditionis exiterant. Deprehensis autē qui manifestabantur, alios qui causā mali extitere, supplicijs cruciabat: quosdā vero dimittit, in quibus culpa leuior inuenitur. Fuere autem, qui ppter hanc causam in crucem adī sunt, ferme duo milia hominū. Hoc igitur modo rebus correctis, atq; cōpositis, maximam partem militū ad sedes pprias dimittit, grauē eam illis locis existimās: nam in plurimis excesserant, & eius decreta plurima contēperant, lucrorum ac rapinę cupidine. Ipse vero decem milia Iudęorū in vnum locū fuisse congregatos audiens, festinus occurrit, vt eos cōprehenderet. Illi autē anteq̄ cōprehensi fuissent, semetipsos tradidere, hortatu Aciabi. Tunc Varus multitudinē quidem veniā contribuit, ipsos autē ductores, qui causam secessionis excitauerant, ad Cēsarem mittit. Cēsar autem plerofq; ex eis dimittit: illos autem qui Herodis cognati fuere, supplicijs adēgit, quod nullū iustitię gerentes respectum, contra familiares & consanguineos arma tentauerāt. Et Varus quidem ista disponens, & ppter presidia vnam legionem, quam etiam primo dimiserat Hierosolymis derelinquens, in Antiochiam repedare festinat.

¶ Quomodo Iudęi regiam potestatem exosi, accusant Archelaum: petentes sibi presidem dari. Augustus vero diuidit Herodis regnum filiis eius: ceteraq; exequitur, quę Herodes in testamento fieri optauerat. Caput XVII.

Archelao vero apud Romanos commorante, aliorum negotiorum principia pullulabat, quorum hęc erat causa: Venerat Romanis legatio Iudęorum, super octo milia hominum, petentium, vt suis legibus viuerent: & legati quidem qui ex decreto totius gentis fuerant missi, quinquaginta fuere. Cetera vero multitudo Romanos ad eos fuerat vocata. Cēsare autem concilium faciente cum amicis, ceterisque Romanorum primatibus, & eos in Apollinis templum congregante, quod ab ipso fuerat magnis opibus impensisque fundatum, legati quidem cum vniuersa multitudine indigentium Iudęorum, causam acturi conueniunt. Archelaus autē e contra cū amicis aderat. Quotquot autem regis fuere consanguinei, ab Archelao per odiū separantur, Iudęis autē aduersus eum consociabantur: non tamen semetipsos publice demonstrabant, graue putantes, & ad confusionem ppriam pertinere, si ante Cēsare contra consanguineū & familiarem loqui presumerent. Aderat etiā Philippus de Syria veniens, Vari conciliatus hortatu, prima quidem causa, vt fratri adesset. Nam ei plurimum Varus faucebat. Eniuero arbitrabatur, q̄ illo regno soluto, p partes posset distribui: siquidē plures essent, q̄ suis legibus viuere postulabāt. Vñ vero Philippū hortabatur, vt se laboraret,

Aretas rex Arabum.

Aliquot eo dices p hoc Graccho habent, & in fr. aliquoties de hoc.

Iudęi aduersus Archelā Romanos cōueniunt.

Philippus venit Romanos.

Varus presidium suis ferre maturat.

Bj

Iudei regio
nomini p
prie Hero
dem infen
si, fides si
bi postulat
dari.

quo posset etiam ipse partem aliquam regni percipere. Data igitur Iudeorū legatis co-
pia dicendi, coeperunt pro dissoluendo regno multa loqui, & primum ex iniquitatibus
Herodis argumenta multi sumere: dicentes, eum nomine tm̄ fuisse regem, re autē vera
tyrannidis facinora perpetrasse, & multam per eum desolationem rerum factam esse Iu-
deorum: naturaliter eum etiam ad nouitates inueniendas pronum fuisse pclamabant,
& tantos quidem Iudeorum eius crudelitatibus interisse, quantos nunq̄ ex historia pe-
risset cognoscerent: sed multo amplius semet qui uiuerent, infeliciores existere, non so-
lum eis, quibus ostensione vultus asperi, & indignatione mentis terribilis apparebat,
sed etiam eis quibus substantias suas abripuit: ciuitates quippe extraneas, & ab alieni
genis habitatas, cum ornare & locupletare, cū perditione & exterminio eorum, qui sub
eius regno habitabant: omnem gentē penurię necessitatiq; contradidisse, cū paucis au-
tem regno delicisq; frueretur: plurimos quoq; ex nobilibus ciuitatibus, & nobili gene-
re natos perimeret: nullis rationalibus subsistentibus causis, nisi vt eorum substantias
raperet: & quibus vitam fortasse concessisset, rerum suarū amissione damnaret. Iam ve-
ro in exactionibus functionum, alia quidem p muneribus publicis cum augmentis an-
nalibus exigebat, alia vero lucrorū gratia post functiones a seruis exactoribus, vel ami-
cis eius diripi solere causabantur: nec solum ista quę ad damnum auri vel argenti perti-
nebant, agi: virgines etiam corrūpi, matronas pollui, quę pudore sui similiter ab eis qui
passi fuerant, tacebantur, sicut ab illis qui gerebant desiderabatur: qui videlicet facino-
ra sua timebant, ne in publicum pderentur: tantasq; sub Herode iniurias, & contume-
lias passos fuisse, quantas nec vlla bestia posset ingerere, si facultas daretur, vt homini-
bus imperaret. Et multas quidem sepius calamitates suam gentem passam dicebat, sed
nunq̄ se in tantam infelicitatem, tantamq; cladem prorsus incidisse: exemplū nāq; ini-
quitatis & facinoris Herodem vniuersę genti fuisse. Et optabiliter se Archelaum qui-
dem regem denominasse firmabant, quia post Herodem quemlibet malum ferendū
& tolerandum vtique decernebant: qui tamen ipsis inijs se quasi mihiorem Herode co-
nabatur ostendere: verum postea verens, ne non prius Herodis filius crederetur, ni-
hil ultra distulit, sed statim aperuit suę mentis indicia: & cum nondum erat regni con-
secutus integram firmitatem, quod in Cęsaris arbitrio consisteret, illius regni potestate
vel tribuere vel negare, dedit tamen ingenij sui propositiq; monumenta, qualiter posset
in futuro illud regnū gerere, ex his quę in ipsis inijs perpetrare præsumpsit: vt ciues
in tēplo die festo velut numini eos offerens, auderet occidere: vnde iuste vniuersę gen-
tillum fuisse exosum, propter merita suę crudelitatis & sceleris. Ob id quoque & has
querelas, & legationem, totam gentem destinasse firmabant. Petebant ergo, vt eorum
provincia regibus careret, & Syrię iungeretur: & ab illis iudicibus regeretur, qui illuc
ex Roma ad gubernandam provinciam mitterentur: & tunc cognosci posse dicebant,
vtrum ne seditiosi essent, & tumultuum concitatores, an subiecti & deuoti, si probis iu-
dicibus & rectoribus vterentur. Talia Iudeis dicentibus, Nicolaus regem criminibus
expurgabat: Herodem quidem, quomodo per omne tempus quoad vixerit, nunquam
fuerit, accusatus. Non enim vera posse dicere eos confirmabat, qui cum haberent ali-
quid, vnde causarentur, illo viuente præmittentes, quando possent in quibus lesi
fuerant, vindicari, illo mortuo querelas importune cōfingerent. Illa vero quę sub Ar-
chelao acta essent, ad illorū improbitatem iniuriasq; redigebat: qui contra ius & contra
leges talia cōmisisse præsumperint, quicq; cędis fecere principium in eis, qui se a tumultu
phibebant. Inculabat eos etiam, quod seditiosis libidine tenerentur, & quod pe-
uicaces essent ad obediendum vel legibus, vel iustitię, dum cuperent in omnibus suis
assumptionibus vincere. Hęc itaque Nicolao dicente, Cęsar hincinde quę dicta sunt
audiens, conuentum dimisit: & post paucos dies, Archelaum quidem regem non pro-
nunciat, dimidię vero Iudeę regionis, quę Herodi tributa reddebant, roparcham consti-
tuit: spōdens ei regiam quoque dignitatem, silaboribus & fauoribus circa semetipsum
meritis appareret: alteram vero dimidiam, bifariā distribuit, alteris Herodis filijs, Phi-
lippo videlicet, & Antipę qui contra fratrem Archelaum de vniuerso regno certaue-
rat. Et huic quidem regio trans Iordanem Galileę tributa reddebatur, quę constabant in
talentis ducentis, per singulos annos. Philippo autem Bathanea cum Trachonitide, &
Auranitide, cum aliqua parte domus, quę zenodori dicebatur, reddebant talenta cen-
tum, Cę-

Nicolaus
Archelao
expurgat.

Archelaus
nō rex, sed
roparcha
fit.

Diuisio re-
gni.

tum. Ceterū Archelao Idumęa, & Iudeę, & Samaria. Hęc enim leuigata fuerant, quar-
ta parte functionum, ex decreto Cęsaris: propter quod in seditione cętere multitudini
participes nō fuere. Erant autē ciuitates, quę Archelao tributa reddebāt, Stratonis tur-
ris: & Sebastia, cum Ioppe, & Hierosolymis: Gaza vero, & Cadara, & ipse fuere Gręcę
ciuitates, quas abscindēs a dispensatione Syrię, additamento Iudeę regioni coniunxe-
rat. Accedebat ergo Archelao tributa per vnumquemque annum talenta sexcēta, ex
omnibus regionibus quas in sua potestate susceperat. Et hęc quidem de filiis Herodis
ordinata sunt. Salome autē super illa quę frater in testamento reliquerat, (erat autē Iam-
nia, & Azotus, & Phaelis, & argenti signati miriades quinquaginta) Cęsar etiam do-
nat ei ad habitandum aulam regiam, quę fuerat in Acalone constituta. Intrabant au-
tem etiam huic redditus ex omnibus suis, talenta per singulos annos sexaginta. Domus
autem eius in regionibus erat, quę sub Archelao fuere potestate. Accipiunt sane regis
quoque consanguinei, quęcunque in testamento declarantur. Duobus autem filiabus
eius virginibus, præter illa quę pater reliquerat, Cęsar etiam vtrique dona largitur vi-
cenās quinas miriadas argenti signati, easque coniunxit Pherorę filijs. Cuncta vero,
quę illi fuerant dimissa, per filios Herodis distribuit. Erant autem quingenta & mille
talenta, pauca sibi sumens vascula, quę non tam ei magnitudine vel pretio, quam recor-
datione regis accepta constabant.

De quodam Alexandro, qui cum Herodis filio per omnia videretur esse si-
milis, Romam proficiscens, simulauit se esse Alexandrum Herodis: sed

Augustus falli non potuit: qui huic vitam condonans, in hu-
ius doli autorem animaduertit. Caput XVIII.

Is igitur a Cęsare dispositis, iuuenis quidam, Iudeus quidem genere, sed apud Si-
donios nutritus, a quodam Romanorum libertino, qui cum in cognitionē He-
rodis induxerat, similitudine formę puocatus, qua videbatur Alexandro consimilis, fi-
lio Herodis, qui fuerat interemptus: testificabatur quoq; illi cōtū, quorum aspectibus
occurrebat: ex hoc occasionem sibi met esse reputabat, quo regnū posset excipere: & as-
sumens secum adiutorem suę gentis, hominē scientem cuncta quę in palatio gereban-
tur, & ingenio callidum ad magna negotia perturbanda, eo sibi huius factionis magiste-
rium præbente, consendit. Dicebat ergo Alexandrum se esse Herodis filium, ex mor-
te seruātū ab his, quibus eum vt perimerent, fuerat delegatus: occidentes quippe alios,
per quos imaginem cōpletę iussionis ostenderent, & expectatores fallerent, illū eiusq;
fratrem Aristobulum saluauisse. His igitur figmentis & ipse in superbiam extollitur,
& alios quotquot occurrerēt, erudiebat. Interea Cretam appulsus, Iudeorū omnibus,
qui cum illo colloquia miscuere, persuasio facta est. Vnde illi quoq; pecuniarum abun-
dantia cōcepit affluere, plurimis hincinde donantibus. Præter hęc venit ad Melum, ibi
quoq; congregat meliora. Nam ei plures offerebātur pecunię, fide, qua ex regio sangui-
ne illum descendere iudicabant: & spe q; posset paterni regni iura suscipere, vicēq; præ-
stantibus reportare. Ibat igitur Romam, plurimis in eius obsequium venientibus: & Di-
cearchiam appulsus, ibidem quoq; qui habitabant, Iudeos similibus fallacijs illudere,
decipereq; non desistit. Occurrebant namq; illi, veluti regi, & alij quidem plurimi, ma-
xime tamen illi, qui familiaritatem & amicitiam cum Herode possederant. Causa vero
maxima deceptionis erat hominibus, quod illum casum cum voluptate a referentibus
aduertebant. Ad hęc etiam accedebat fides ex formę vultusque similitudine: etenim
etiam qui plurimum fuerant cum Alexandro conuersati, nihilominus induci fuerant
ad credendum, illum non fuisse alterum, sed Alexandrum Herodis filium: ita vt etiam
alij nescientibus iurare præsumerent. Proinde ingredientem Romam, & fama sui cuncta
replenti, in occursum egreditur Iudeorum plurima multitudo, inslar miraculi, salutem
eius factam diuinitus admirantes, & cū gaudio illum maiore suscipiūt: maxime ppter
maternum genus, quod erat valde clarissimum. Proinde cum ciuitatē intraret, per pla-
teas & vicos in sella portabatur, cū tō regali cultu cōpositus ex opibus & quęstibus,
quos per diuersa loca pceperat. Cōgregatur itaq; ad eū maxima multitudo: voces plu-
rimę, clamoresq; cū fauore reddebantur: & omnia fiebant, quę solent ad gaudia mentes
hominum cōcitare, præsertim in tali euentu, vbi præter spem, salutem illius factam esse
mirabantur. Sed vbi Cęsari nuntium illud allatum est, non quidem credebatur, propter

De quodā
Alexandro,
qui se Hero-
dis filium et
se simulauit
bar.

quod sciret Herodem non facile posse in quibuslibet negotijs decipi, presertim in illis, in quibus animum intenderet: tamen sperans potuisse contingere celatum, quandam suum libertum, qui sepius fuerat cum illis infantulis collocutus, mittit, vt videret Alexandrum. Ille aut cum vidisset, nulla meliori discretione vsus est, quam vsa fuerat multitudo. Verum Cēsar decipi omnino non potuit, quoniam erat quidem ille similis Alexandro, sed non ita, vt eos posset inducere, qui prudenter inspicere discernereque valerent. Siquidem iste falsus Alexander, ex labore & opere valde constabat attritus: in illo autē delicatudo ex delicijs, & fortitudo de frequenti exercitatione concurrerant: huic autem durius & grossius erat corpus. Intuens igitur mendacia conspirantes iuxta discipulum atq; doctorem, & cum fiducia verba pferentes examinabat: rem etiam de Aristobulo cunctam perquirens, quid de illo quoq; fuerit factum: & semetipsum obstupescere simulans, rogabat ob quam causam Aristobulus quoq; non venisset, quo regnū etiam ipse dignitatemq; sibi deposceret. Cumq; ille respondisset, in Cypro illū insula remansisse, marinis periculis simul fatigatū, & territum, vt si forte sibi aliquid oprabile puenisset, saltem ille saluaretur, ne omne genus Mariannes penitus interiret: talia enim eum doctor ille respondenda docuerat. Cēsar semotum adulescentulum a ceteris abducens, tibi, inquit, mercedis gratia salus a me prestabitur, si non tentaueris etiam me arte deceptionis inducere. Dic itaq; mihi tu quis sis, & quis te ad talia cōfingēda ppulerit: maior quippe est tua etate hęc adinuenta calliditas. Tunc ille (neq; enim ultra mentiri potuit in periculo constitutus) aperit Cēsari omne signētum: & quali mō, & a quo fuerit commentatum. Tunc Cēsar falsi quidem Alexandrum nequaquā contra quod pmiserat, fecit: videns enim eum laboribus aptum, in ordine constituit, numeroq; nautarum: illum vero qui talia presumenda persuasit, morte condemnat. Melienfibus autem condemnatio sufficiens visa est, vt quantoscunq; sumptus vel pecunias in falsum Alexandrum erogassent, irreparabiliter amisissent. Et circa falsum quidem Alexandrū res cum magna temeritate psumptę, finem huiusmodi perceperunt.

¶ Quomodo Archelaus Glaphiram fratris vxorem, sibi matrimonio iungit: accusatusque est apud Cēsarem tyrannidis, propter quam relegatus est in exilium, in Viennam Gallię.

Caput XIX.

Archelaus autem toparchiam suscipiens, mox vt Iudęam attigit, Iozarum Boethi de pontificatu remouit: exprobrans ei, quod cū seditionis vna conuenerit: Eleazar autē fratrem eius ad pontificatū surrogat. Aedificat etiam in Hiericunte aulam regiam, cū elegantiā & decore mirabili: medietatē quoq; aquarū, quę ad irrigationē agrorum influebant, tractū duēq; constructo, diuertit in campū, qui ab ipso fuerat palmārū arboribus constitus. Vicū etiam edificat, cui nomen Archelaidem cōstituit. Paternā quoq; legem transgrediens, Glaphiram Archelai quidem filiā, Alexandri vero fratris coniugem, ex qua filios quoq; susceperat, sibi met accersit vxorem. Iudęis autē fas non erat, fratrū vxores accipere. Sed neq; Eleazarus in pōtīficatu diuturno tēpore perseuerauit. Siquidē etiam super ipsum constituit Iesum Sę filiū. Interea decimo anno principatus Archelai, omnis nobilitas Iudeorum, primatesq; Samarię, non ferentes crudelitatem eius, moresque tyrannicos, apud Cēsarem accusationem ei instituunt: maxime quia cognouerant eum Cēsaris mandata transgressum. Nam ei pręceperat, vt mansuete, clementerque conuersaretur ad populum. Cēsar igitur vt hęc aduertit, indignatio ne cōmotus, curatorem eiusdem Archelai rerum earum, quę Romę fuere, (Archelaus etiam ipse dicebatur) aduocat: ceterū scribendum Archelao, indignum aestimat: illum autem destinat, vt Archelaum celeriter exhiberet. Ille continuo sine vlla dilatione nauem ascendens, navigationem celeriter peragit, & in Iudęam venit: Archelaumq; occupat cum amicis epulum celebrantem: mentem ei Cēsaris aperit: atque vt cōfestim egredere tur ciuitatem, compellit. Cēsar vero, veniente Archelao, aliquibus accusatoribus assistantibus, causam hincinde cognoscit: sed vbi se parum expurgat Archelaus, in exiliū retrudi pręcipitur: in Vienna ciuitate Callię habitaculo contributo: pecunias vero eius, rationibus iussit sociari ficalibus. Sed antequam Romam vocatus fuisset Archelaus, somnium suis amicis tale recitauit: Vidisse se nanque dicebat, spicas decem numero, plenas turgentesq; frumentis, vigoremq; integrum possidentes, quas videbat a bus bus co-

bus comedi. Sed hoc videns, magnis fluctibus eius animus fatigabatur: a quibus dum sciscitaretur, illi per diuersas contrariasque opiniones, solutionesq; discinduntur. Tūc Simon, vir Essenus, veniens, mutationem rerum illo somnio significari dicebat Archelao non sane in rebus secundis, aut commodis prouenturam. Boves nanque labores, & miseriam significare firmabat, propter quod soleat illud genus animalium laboribus affligi & conterri: mutationem autem rerum, illo somnio demonstrari dicebat, quod terra boam laboribus exarata, in se ipsa permanere penitus non sinatur: per spicas autem decem, periodum decem annorum terminari manifestabat. Vnam quippe futuram aestatem, & tempus suppleri asseuerabat Archelao, quo de principatu suę potestatis exiret. Et ille quidem hoc modo somnium illud exposuit. Quinto vero die, postquam illud somnium Archelao fuerat demonstratum, euocator eius Archelaus procurator suus, in Iudęam venit, a Cēsare destinatus. Similiter & Glaphirę vxori eius, & regis Archelai filię prouenit. Quę primo, sicut supra ostendimus, Alexandro in coniugium sociata constabat. Herodis quidem filio, sed fratri Archelai. Postea vero quam idem Alexander a patre fuerat interemptus, Lobato Libyrorum regi coniungitur. Quo defuncto, item illam viduatam in Cappadocia, a patre Archelaus in cōiugium suscepit: Mariam excludens, quę sibi fuerat coniugata. Tantus siquidem illum Glaphirę amoris ardor incenderat. Cum vero iuncta esset Archelao, tale somnium ipsa quoq; contuetur. Vnde debet quasi Alexandrum sibi astantem, & se quidem illi adgaudere, eumque libet & alacriter amplexari: illum vero exprobrationes ei protinus imputare, dicentem: O Glaphira, nempe vel nunc confirmas prouerbium, quo dicitur, fidem mulieribus non habendam. Nonne mihi iureiurando cōstricta es, & iugali fœdere virgo fociata? Postquam filios quoq; suscepimus, amores nostros oblita es, secundarum cupidine nuptiarum: sed neque hoc tibi sufficere iudicasti, quin etiam cum tertio sponso concumbere pręsumpsisti: & sine pudore domum nostram ingrediens, thorum genialem polluisti, cum Archelao ius coniugale cōlocians, vt illum virum haberes, quem meum fratrem esse constaret. Verum ego nunquam tui penitus obliuiscar: neque beneuolentia, qua semper circa te detentus sum, carebo. Liberabo sane te vniuersis opprobrijs, meam, sicuti fuisti, firmam stabilemque perficiens. Quę cum illa familiaribus mulieribus retulisset, post paucos dies vita defungitur. Hęc ergo haud sane importuna huic nostro operi ratus inserui: primum quidem, quia ea sunt, quę circa ipsos reges contigisse noscuntur: deinde, vt exemplo vera probetur dicere illi, a quibus immortalitas disputatur animarum: ac etiam, vt appareat diuina prouidentia rerum humanarum cuncta disponi, ne incredulitate huiusmodi rerum, homines ledantur in moribus. Enimvero qui hęc crediderit, nullo modo phibeatur per dies singulos ad virtutis augmenta procedere. Archelai vero regio tributaria facta, Syrię dispēlationi coniungitur. Interea Cyrenius, vir consularis, a Cēsare destinatur, censum in Syria dispositurus, & domum Archelai redditurus.

Finis decimi septimi libri.

ANTIQUITATVM IOSEPHI LIBER DECIMVS OCTAVVS.

¶ Quomodo Cyrenius missus est in Syriam vna cum Copinio ad censendum vniuersum populum, concitante ob id seditionem Iuda quodam Caulo, nite & Saddoco Phariseo, a quibus quarta secta est introducta.

Caput I.

¶ Circa hęc tempora natus est Iesus Christus redemptor mundi, anno regni Augusti, xlii.

B iiij



cyrenius autem, vnus de his qui semper in consultatione congregabantur, vir per omnium magistrorum & principum officia celebratus, per cunctas administrationes, consultatus culmen ascendens, & in cunctis alijs dignitatibus clarus: cum paucis venit ad Syriam, censor gentis a Cæsare destinatus, & approbator vniuersiusque sententiæ. Mittitur etiam cum eo Copinius, ductor totius equestris agminis, potestatemque ludæorum omnium gerens. Venit etiam Cyrenius in Iudæam, (nam dispensationi Syriæ fuerat adunata) vniuersorum deputatus substantias, & Archelai redditurus pecunias. Porro Iudæi licet in ipsis initijs descriptionis nomen dirum haberent, subiiciuntur tamen ne amplius resisterent, persuadente illis pontifice Iozaro: Boethi namque erat iste filius. Et illi quidem cunctis ratione pontificis, de pretiari suas permiserunt substantias, nihil amplius hesitantes. Sed Iudas Gaulonites, homo ex ciuitate cui nomen erat Camalas, Saddocum Phariseum sibi coniungens, recessione facere festinabat, de pretiationemque & censum nihil aliud esse dicebant, quam integram seruitutem. Proinde ad defendendam suam libertatem, totam plebem diuersis exhortationibus incitabant, omnem quoque illis cooperaturam esse creaturam, si pro bono libertatis honorem suum & gloriam magnanimitate tuerentur: sed etiam deum non aliter illis auxiliatorem fore, nisi talibus consilijs ad agendum prederent. His ita dictis, amplius eorum animus concitatur, ut etiam ab homicidijs nullo modo parcerent: quoniam cum magna voluptate, quicquid ab illis dicebatur, hauriebant: atque hoc modo in magnum malum seditio illorum & audacia prorumpebat: nihilque fuit malorum, quod per illos non pullulauerit viros: & supra quam dici potest, illa gens continuationibus est repleta bellorum: & clades inter eos & latrocinia, depredationesque gerebantur, obitu quidem utilitatis defensionisque communis, reuera autem priorum lucrorum gratia tota seditio gerebatur. Multæ itaque cedes ciuium sociorumque perpetrantur: postremo in inuicem conuertuntur, non solum contra hostes infensius agerent bellum. Itaque quotidie depredationes, captiuitates, cedes ubique concurrebant: ita ut etiam templum dei ignibus cremaretur. Tantum valet nouitas, & institutionum mutatio paternarum. Siquidem iste Iudas & Saddocus quartam philosophiam nouiter introduxerant: cuius amatorum copia concurrentes, seditionibus ac tumultibus replere tempore publicâ. Sed etiam malorum futurorum radices pessimas plantauerunt, per insolentiam in consuetudinem philosophiæ: de qua volo pauca differere.

De tribus hæresibus philosophorum apud Iudæos, quibus accessit quarta tantumdem a Iuda Galilæo & Saddoco introducta. Caput II.

Idcirco igitur philosophiæ tres erant, etiam inde ab initio institutis patrijs derelictæ, Essenorum, Sadducæorum, & tertia qua philosophabantur qui dicebantur Pharisei: Et quamquam de eis explanauerim in secundo libro Iudaici belli, tamen etiam nunc commemorationis gratia breuiter attingam. Pharisei enim quotidianam conuersationem exiguum habent, & prorsus abiectam, nihil mollitudini aut delicatitudini penitus indulgentes: sed quæcunque iudicio rationis oportere comperta sunt, illa sequuntur: prepositis nullo modo reluctantur: maiores natu competenti honore venerantur, ita ut nec contrarium quiddam alicui aliquando respondeant: fato geri omnia credunt: sed neque liberum arbitrium hominis auferunt: iudicium dei futurum esse sentiunt, illic cum deos homines propria merita recepturos, tam eos quidem qui fecerunt virtutem vixerint, quam illos qui nequitia deprauati sunt. Animas autem immortales dicunt. Sed etiam in inferno congrua unicuique habitacula, pro merito vel virtutis vel iniquitatis attribui, sicut unicuique viuenti gerebatur studium: & alias quidem animas æternis retrudi carceribus, alias autem facultatem reuiuiscendi percipere: & ob hæc populis quidem sunt acceptabiles, credibilesque. Quæcumque item ad culturam diuinitatis pertinent, orationum celebrationes, templorum constitutiones, expositionibus suis faciende esse prædicant. Nam tantum virtutibus eorum prælatum est testimonium, ut ad eos plurimæ ciuitates, & maxima multitudo cum studio grandi confluerent: opinione adducti, quæ meliores ceteris estimantur. Sadducei autem animas mortales existimant, simulque cum corporibus interire. Nullas vero alias obseruationes præter legem custodiunt: aduersus doctores autem philosophos.

De Iuda & Saddoco.

Phariseorum dogmata.

Sadducæorum dogmata.

phiæ suæ certare, & reniti, gloriosum annuerant: Sed ad paruos admodum doctrina eorum peruenit, & modus exercitationis. Primates autem apud eos dignitatis honoresque celebrantur. Esseni autem ad deum cuncta redigunt: immortalem animam dicunt: iustitiam autem rem pretiosam, pro qua etiam usque ad mortem pugnandum esse prædicant: in templo autem anathemata proponenda prohibent: sacrificia vel hostias cum populo non celebrant, quæ se plurimum ab eis putant munditia vel sanctitate differre: & merito se a communi congregatione discernunt, remotim sacrificia facientes: cultu vero morum atque conuersationis optimam ad colendam terram & exercendam omni studio intenti. Illud etiam habent dignum, & valde mirabile, quod in alijs non inuenias gentibus tantumque etiam Barbarorum, quod omnes illis opes in medio sunt, & ab eis omnia cuncta possidentur: nihil amplius inter eos ditior fruitur, nihil pauperior defraudatur, ac si nihil omnino possideat. Et illi quidem hoc modo sese gerunt. Sunt autem super quatuor milia hominum numero. Vxoribus non ducunt, neque seruos habere festinant: aliud quippe iniquitatis, aliud seditionis opportunitatem estimant. Isti ergo semotim apud semetipsos adiuuunt, mutuas sibi vicissitudines ministrantes: susceptores autem reddituum promouent, curatoresque constituunt, qui cuncta quæ terra profert, in usus necessarios administrant. Sacerdotes autem optimos viros eligunt: cibis illis simplex est, habitus insumptuosus & mundus. Quartæ ergo philosophiæ Iudas princeps extitit, cuius fecimus mentionem. Huius seque quaces in vestitu, in habitu, ceterisque alijs, Phariseis consentiunt: circa libertatem vero immobiliter retinent atque immutabilem sententiam. Nam huius rei cupido magna eorum mentibus est infixæ. Soli enim principem & dominum dicunt deum omnium: mortis etenim multas & varias species sustinere pro nihilo pendunt: vel cognatorum supplicia, vel amicorum amissiones omnino continent, dummodo nullum hominem dominum dicere compellantur. Nonnulli namque viderunt, qualiter sepius aliqui eorum in supplicijs immutabiles permanserunt. Unde plurimi quoque illius gentis hoc stultitiæ morbo insanabiliter egrotant, Gessio. Hoc principatum huius vanitatis obtinente. Nam ex hac quoque superbia ad seditiones excitandas Romanis, recedendi: ab eis, & ipse precipitatus est, & alios præcipientes dedit. Et philosophiæ quidem genera, hæc atque huiusmodi sunt apud Iudæos.

Quomodo Iozarus pontifex a sacerdotio est priuatus per Cyrenium surrogatum Anano: De ciuitatibus edificatis ab Herode & Philippo: & quod templum ossibus mortuorum a Samaritis est pollutum. Caput III.

Interca Cyrenius opibus restituitis Archelai, descriptioneque perfecta, quæ facta est tricesimo septimo anno, postquam Antonius Acciaco bello fuerat a Cæsare superatus: Iozarus quoque pontificem, seditionem a multitudine passus, sacerdotali deposuit officio, Ananum in pontificatu substituit. Herodes autem & Philippus tetrarchiam suam eorum vnusquisque suscipiens, Herodes Sephorim muro circumdedit, ad instar & similitudinem Galilææ, quam Anthocratorem appellat. Aliam autem Betharata, ciuitas autem ipsa est, quam muro circumseprens, Iuliam ex nomine Iulij vxoris Cæsaris nominat. Philippus autem Pannæadem, quæ est circa fontem Iordanis fluminis construens, Cæsarem nuncupauit. Tum etiam Bethsæidam proximam stagno Genesæ ædificauit, & dignitatē ei ciuitatis attribuit, habitatorumque multitudine replet, aliarumque necessarium copia rerum refertum facit, & Iuliam homonymam Cæsaris filij vocat. Copinio autem Iudæam illo tempore gubernante, quem supra docuimus cum Cyrenio destinatum, huiusmodi factum in Iudæa prouenit. Azymorum dies agebantur, quam festiuitatem Pascha vocamus: in qua mos erat, ex media nocte portas templi a sacerdotibus aperiri. Et tunc itaque apertis portis, viri quidem Samaritæ occulte in Hierosolymam venientes, per templi cunctas porticus, & per totum sanum ossa iaciunt mortuorum. Et ex illo cepit in templo custodia maior a sacerdotibus exerceri.

Successio aliquot prædictum Iudææ, & pontificum: Mors Augusti, & Tiberij successio. De Phraate a filio interempto, & Herode a Parthis in regnum ascito. De Bonone, Artabano. De Antiocho Comagenæ rege, & Germanico veneno interempto a Pisone. Caput IIII.

Copinius autem non post multum temporis Romam reuertitur, cui successor regendæ prouinciæ, Marcus efficitur, sub quo etiam Salome Herodis regis soror virescunt, Iulij Cæsaris vxori derelinquens Iamnam, & omnem suam

Essenorum dogmata.

Quarta secta a Iuda introducta.

Iozarus pontificatus depositus.

Pannæis, Bethsæida.

Iulia.

toporchiam: & in campo Phaselidem & Archelaidem constitutam, quæ etiam plurimis
consite fuere palmetis, quorum fructus optimus & valde præcipuus. Sed huic quoque
succedit Annus Rufus, sub quo etiam Cæsar moritur, Romanorum secundus impe-
rator, septem & quinquaginta in imperio annos adiuuens, menses sex, dies aliquanti-
lum super duos: ex quibus quatuordecim annis, simul cum eo Antonius reipublicæ
gubernacula rexit. Viuens itaque annos septuaginta septem, vita decessit. Huic suc-
cedit in principatu Tiberius Nero vxoris eius Liuiæ filius, qui fuit Romanis tertius
imperator: sub quo quintus Iudeorum rector Valerius Gratus efficitur, Annij Ruffi suc-
cessor. Is Ananum remouens sacerdotio, Ismaelum filium Iabi pontificem designauit.
Sed & hunc non multo post abiciens, Eleazarum Annæ pontificis filium, sacerdotio
furrogauit. Post annum vero etiam hunc arcet officio, & Simoni cuidam Camithi filio,
ministerium pontificatus attribuit. Sed non amplius & ipse quam vnus anni spatio eo-
dem perfunctus officio, Iosephum cui Caiaphas nomen fuit, habuit ordine successorē.
Et Gratus quidem talia gerens, Romam reuertitur, postquam. xj. annos in Iudea com-
pleuerat. Huic successor Pontius Pilatus effectus est. Herodes autem tetrarcha ad ma-
gnam amicitiam Tiberij perueniens, edificat ciuitatem, quam ex eius cognomento Ti-
beriadem denominat, moenibus eam firmis fortibusque circumdans, in regione Galileæ
iuxta stagnum Genesar, vnde aquæ calidæ non longe distabant, in vico cuius nomen
erat Amathus. In hanc igitur confines plurimi confluxere, atque etiam ex tota Cali-
leæ non parua multitudo concurrit. Ex omni quoque regione, quæ sub illo fuerat consti-
tuta, ab eo coacti conueniunt, vt ibidem commanerent. Multi etiam ex nobilitate illuc
habitant gratia transferuntur. Suscepit etiam quotquot hinc inde veniebant inopes
& egenos, plerosque etiam quos liberos non esse constaret, quibus tamen securitatem liber-
tatis attribuit, & beneficia plura contulit, vt hoc inuitamento nollent ex illa ciuitate
discedere. Priuatas etiam domos ex proprijs opibus fabricabat, terras largiebatur, vt his
omnibus stabiles habitatores efficeret: maxime autem ex paterna lege transcribens, in
qua significatur, vt habitatio septem dierum ciuem loci perficiat. In illis diebus mori-
tur etiam Phraates Parthorum imperator, insidijs illi a Phraate filio preparatis secundum
hunc modum: Phraates imperator postquam legitimis filios habuit, assignat sibi Italici ge-
neris concubinam, cui nomen erat Thermula. A Cæsare Iulio cum alijs muneribus hæc
ei fuerat condonata: & primum quidem ea, sicut dixi, pro concubina utebatur, captus
mira pulchritudine mulieris. Procedente vero tempore, filiosque ex ea Phraate suscepto,
coniugem eam legitime designauit, quam honorabiliter tractabat in omnibus, quicquid
etiam ei diceret obediebat. Itaque festinans, vt Parthorum principatus filio suo cōinge-
ret, quod videbat aliter fieri non posse, nisi exinde legitimis filios aliquibus argumen-
tis excluderet: persuadet imperatori, vt illos Romæ obsides destinaret. Proinde illi (non
enim facile fuit Phraati, dispositionibus Thermulæ resistere) Romæ a patre mittuntur:
& solus in regno Phraates filius enutritur. Sed postquam adoleuit, graue reputat ac mole-
stum, vt principatū patre tribuente susceperet, insidias præparat patri, cooperante sibi
etiam matre. Nam sermo quoque ferebatur, quod ei concubitu misceretur. Itaque p. viroque facino-
re genti factus est exokus, tam parricidio quam amore mris infando: & seditionibus excita-
tis, antequam amplior fieret, ex regni potestate depulsus emoritur. Concordantes itaque in
vnum Parthorum fortissimi, cernentesque sine principe se non valere consistere, cœperunt
inspicere quisnam illis ex genere Arsacidarum fieret imperator: nam aliunde fieri non
licebat: vnde quoque vsque in hodiernum diem pollutum dicunt, & iniuriatum ex semine
mulieris Italice illud imperium. Herodē itaque per legatos asciscunt. Sed postquam iste quo-
que suscepit imperiū, cœpit inuidiosus esse multitudini, atque suspectus, ppter immensam
crudelitatem: erat quippe ita ferus, & oibus modis inmitis. Hunc ergo congregati si-
mul extinguunt. Plerique autē dicebant, quod eum in sacrificijs inter altaria peremerunt: nam
eis moris erat in diuinis celebrationibus cultros portare. Apud plurimos tamen opinio il-
la est, quod dum venatum pergit, occisus est. Legationem itaque Romam mittunt, vnum ex
obsidibus ad imperiū postulantes: & mittunt illis Bonones, ceteris suis fratribus ante
latus: quod iudicabatur fortunam suam, potestatemque non insolenter aut nimie tractatu-
rus. Sed barbaræ multitudinis celerrima cōuersio suboritur. Siquidē sunt etiam natura
mutabiles. Mansuetudinē itaque eius cœperunt cōtemnere: indigni putantes, vt seruo
subijcerent.

Augusti
obitus.

Tiberius
successor
Augusti.

Pontius
Pilatus.
Tiberias
cōditur ab
Herode.

Quomodo
Phraates
imperator
Parthorum a
filio perimi-
tur.

Herodes im-
perator fa-
ctus ob feri-
tate a Par-
this interi-
mitur.

Bonones a
Parthis pul-
sus.

subijcerentur alieno. Nam obsidiarum seruiturē esse definiebant: neque enim iure belli da-
tum: sed quod peius putabāt, in pace ad iniuriam suæ gentis & regni alienigenis esse cō-
traditum. His ergo querelis gens vniuersa cōmota, illū proturbat imperio, confestimque
Artabanū euocant Medorum regē, ab Arsacidarū genere descendente. Persuasus itaque
Artabanus venit cum omni militia. Cui Bonones occurrunt: & multitudine cōgregata
Parthorum, cum eo bello cōgreditur. Artabanus autē victus confugit ad mōtes Medie:
& non post multū tempus congregans etiā ipse magnas turmas exercitus, cum Bonone
conflictat: & victus Bonones, cum paucis ad Seleuciā fugit equitatu. Artabanus autē
fufum Parthorum exercitū insequens, magnam stragē operatus est. Tunc Barbaris gran-
di metu cōpressis, ad Ctesiphontē cum magna multitudine pergit. Illo itaque Parthis im-
perante, Bonones in Armeniā venit: & primo quidē in illa regione cœpit imperare, de-
inde vero ad Romanos legationē mittit. Sed vbi Tiberius petitionem eius abnuuit, ille
recta ad Partos conuertitur, & bellū Artabano denūtiat, quandoquidē nulla illi recupe-
randi regni machinatio succurrebat. Ceterū Armenij, qui circa Nisatē habitabant, Ar-
tabano fuere lociati: quibus detectus Bonones, Syllano Syriæ rectori contraditur. Ille
autē ex verecūdia, (quoniam eum Romæ nouerat) custodiuit, honorificeque tractauit. Arme-
niā autē Artabanus Herodi vni suorum filiorū tradidit. Ea tēpestate moritur etiā Coma-
genæ rex Antiochus, & plebs aduersus nobilitatē scinditur, & mittit vtraque pslegatio-
nem Romæ: nobilitas quidē statum reipublice habitumque mutare desiderans, vt pressi-
diali dispensatiōe regeretur: multitudo vero regnū habere proprio more cupiebat. Sena-
tus autē vtraque legatione suscepta, ex decreto Germanicū mittit, cū Syria negotia cor-
recturū, agente fortuna quo facilius interiret. Nam veniens in partes orientis, & in me-
lius cuncta disponens, a Pisone veneno perimitur, sicut iam in alijs indicatum est.

Artaban?
Medorum
rex a Par-
this ascitus

Bonones
captur.

Antiochus
Rex Coma-
genæ mori-
tur.

Germanic?
veneno or-
citus.

Pilatus Hierosolymam ingressus, statuas & imagines Cæsaris tentauit eri-
gere, verum indignantibus Iudeis, rursus easdem deposuit. Deinde cum
aque ductus construeret, impediētes Iudei, ab eius militibus graui-
ter sunt cæsi.

Caput. V.

Ilatus autem Iudeæ rector, exercitū de Cæsarea secum assumens, tendit ad Hiero-
solymā, vt leges solueret Iudeorum. Nam secum statuas Cæsaris, quæ in signis mi-
litaribus inerant, intromittit. Imagines autē, aut aliquid huiusmodi facere, lex no-
stra prohibet: & propter hoc ante illum omnes Iudeæ rectores, sine signis ingrediebantur
moenia ciuitatis. Primus autē Pilatus ignorantibus populis interrogatus, signa quæ
secū apportabat, in ciuitate constituit. Illi vero mox vt rem cognouere, congregati ve-
niunt Cæsaream, diebus plurimis supplicātes, vt imagines de Hierosolymis auferretur.
Pilato vero abnuēte, quod iniuriā Cæsari facere si fieret estimabat, Iudei nullo modo disce-
dūt. Tūc ille occulte in insidijs armatos milites collocat. Cūque pro tribunali sedisset,
quod ei fuerat ornatū in stadio, (nam eū locū insidijs, quas preparauerat, aptū esse perspe-
xerat) Iudeique iterū supplicarent, signo dato milites pcescere, Iudeique vndique circunda-
tis cœpit Pilatus mortem cōminari, nisi quiescissent. At illi mortē se potius electuros,
quā cōstitutiones legis suæ transgressum ire firmabāt. Tūc Pilatus admirans fortitu-
dinē Iudeorum in cōseruandis legibus suis, confestim imagines de Hierosolymis auferri
præcepit, Cæsareamque perducit. Voluit etiam ex opibus templi quæ ductū pergentem in
Hierosolymā fabricare, suscipiens initium torrentis, qui stadiorum duum milia interual-
lo distabat. Sed Iudei non libet accipiunt: & circa eos qui operabātur multa milia ho-
minū cōgregata, clamabāt vt ab illo opere cessaretur. Plerique etiā maledictionibus ute-
bantur, contumelias quoque iactantes, sicut vulgaris solet multitudo. Ille vero milites a
dorso Iudeos circūuenire præcipiens, iubeat vt decederent. Illis autē ad cōtumelias in-
iuriasque cōuersis, dato signo militibus, iussit vt Iudeos inuaderet. Milites porro amplio-
ra quam iusserant perpetrantes, multitudinem magna cede prosternūt. Plures igitur
ibi deficiunt, plerique autem fauciat discidunt. Itaque hoc modo seditio illa terminatur.

Iudei cæsi
tur a pilato

TESTIMONIUM IOSEPHI DE DOMINO IESV.

Christo, seruatore omnium.

Caput. VI.

Vit autem eisdem temporibus IESVS, sapiens vir si tamē virum eum nomina-
re fas est. Erat enim mirabiliū operū effector: & doctor hominū eorū, qui libenter
quæ vera sunt audiunt. Et multos quidē Iudeorum, multos etiam ex gentibus sibi

De domo
IESV
Christo.

B v

adiunxit. Christus hic erat. Hunc accusatione primorū nostrę gentis viroŕū, cum Pila-
tus in crucem agendū esse decreuisset, non deseruerunt hi qui ab initio eum dilexerūt.
Apparuit enim eis tertia die iterum viuus: secundū q. diuinitus inspirati pphetę, vel
hec vel alia de eo innumera miracula futura esse p̄dixerant. Sed & in hodiernā, Chri-
stianorum, qui ab ipso nuncupati sunt, & nomen perseuerat & genus: *acta. apoc. cxi. v. 26.*

De stupro Pauline, nobilis matronę Romanę, quod in templo Isidis factum
est ab adulescente Mundo, sub p̄tectu Anubis. Tiberius vero re cognita
destruens templum Isidis, eius sacerdotes omnes in crucem adiecit. De
Fuluia quomodo seducta est a Iudęo quodam, p̄pter quod Tiberius
omnes Iudęos Roma fugauit. De cęde Iudęorum a Pilato cōmissa
propter quam iussus est Roman pergere. Caput. VII.

Eisdem temporibus alia Iudęos seuiora perturbant. Nam etiā in tēplo Isidis, quod
Romę fuerat constitutū, factum quoddam turpitudine plenū obprobriūq. con-
tigit, quod primū explanabo, tum demū ad illa quę apud Iudęos euenerē transi-
bo. Paulina quędam mulier erat Romę, maiorū dignitate p̄clara, studio castitatis in-
tenta, honestatis opinione perspicua. Erat etiā opum magnitudine locuples, & vultus
pulchritudine decora: etate autē quando maxime mulieres pudicitia decoratur. Hęc
nupta erat Saturnino, etiam ipso genere, opibus, ceteroq. cultu consimili. Huius itaq.
amore detinetur iuuenis qui dā, nomine Mūdus, ex numero equeſtri, sed in gradu iam
emerito cōstitutus, & dignitate magna sublimis, idoneus etiā ad munera largiēda, sum-
ptusq. faciēdos. Nā memoratę quoq. mulieri maiora dona pmiserat, quę illa cōtēnente
maximo fuerat amore succēsus, vt etiā, xxx. miriadas dragmarū Atticā se datūrū pro
vno cōcubitu sp̄pōdidisset: sed neq. sic illa deflexa est. Tum ille nimīa infelicitatē mori-
bi sustinēs: siquidē neq. cibū valebat accipere, mortī se addixerat: hoc vñ sibi iudicās
tanti mali fore remediū. Et ille quidē tale decretū animo infigens, per dies singulos hoc
agebat, vt celeri morte raperetur. Erat autē eidē Mundo liberta quędā ex patentibus,
nomine Ida, oīm malorū & iniquitatū coagulū. Quę grauior ferens, q. ille iuuenis se
damnaret in mortē, (nam clarebat omnino periturus): accedens crexit eū: & cepit eū
eo talia fabulari, quę animū eius bonę sp̄ei facerent. Promittebat se nanq. a curā apud
Paulinam, vt quinq. miriadas accipiēs, cōcederet iuueni quod volebat. His itaq. dictis
iuuenē de morte reuocans, sumpsit ab eo pecunię quantū placuerat: sed nō eadem via
Paulinā aggreditur, qua fuerat ante tētata: cernens animū mulieris nullo modo capi pe-
cunijs. Sciens vero quod admodū esset illa cultura Isidis occupata, tale aliquid machi-
natur: Accedit ad quosdā ex tēplo Isidis sacerdotes, quibus interpositione iusiurādi si-
dē seruare persuasit, dans etiā in p̄senti duas miriadas & dimidiā: pmittens etiā aliud
tātū si quod vellet habuisset effectū. Tūc causam aperit, amorē iuuenis indicat, orat vt
& mulierē quibus possent modis inducerent. Illi autē pecuniarū cupidine capti, pmit-
tunt quicquid imperaret, p̄tinus impleturos: p̄sertim autē ipse maximus sacerdotū,
vt Paulinā cōueniret, ac suis verbis ipelleret pollicetur. Finxit itaq. se ex Aegypto ve-
nisse, ab Anubi destinātū, q. is grādi circa Paulinā amore teneretur: eumq. deū sibi ius-
sisse, vt Romā veniret, mulieriq. p̄cepta numinis apportaret. Libēter illa & exoptabi-
liter suscipit, atq. ad amicas gloriādo denūtiat, q. ab Anubi tali merito digna iudicetur.
Hoc etiā indicat & marito, q. ab ea thorum & cōnā Anubis concupiscat. Ille autem
grate cōcessit, pudicitiam cōiugis nō ignorans. Illa igitur pergit ad tēplū: & cū cōnā
let, tempusq. quiescendi venisset, vniuersę ianuę a sacerdote clauduntur, cuncta quoq.
lumina subtrahuntur: Mundus autē intro latebat occultus. Qui postq. silentiū factū est,
ad mulierē deuenit. Illa autem existimans deum esse, reuerenter accipit: atq. ita cum ea
Mundus pernoctans, circa viciniā lucis abscellit, illa autē mane factū cōsurgens, atq. ad
suū virum veniēs, aduētum ad se numinis enarrauit. Similiter etiā loquitur ad amicas,
magnam sibi ex hoc glorificationē reputans prouenisse: & quia verba quoq. ad illā se-
cisset Anubis, indicabat. Sed ex auditibus alij non credebant, naturam inspicīētes rei,
alij autē credebant: quidam vero ad miraculum ducebāt, pudicitiam attendētes, digni-
tatem referentes. Tertia vero die postq. factum est, occurrens ei Mundus: o Paulina, in-
quit, saluasti mihi viginti miriadas, quas potuisses familiaribus tuis rebus adjicere: nūc
autē nec meis postulationibus defuisti, & damnificatione liberaſti. Nam in templo tota
noxa te

De Pauli-
na do Iose
oppressa.

De liberta
Mundi no-
mine Ida.

Paulina in
templo stu-
prata.

noxa te cum Mundo peracta est: nec mei nominis interest voluntate p̄cepta. Nil
eni ad perficiendū negotiū obfuit, q. Anubis vocitatus sum. Et ille quidē talia locutus
abscellit: illa vero in mentem suam rediens, tūc primū illud facinus intellexit: & scilicet
protinus vestimentis ad virū occurrit, factionemq. aperuit tam magni facinoris, depre-
cata, ne suam iniuriā negligeret. At ille imperatori cuncta denūtiat. Tunc Tiberius
diligenter causam examinans, vniuersum sacerdotū scelus inuenit: & ipsos quidē cum
Ida, quę causa totius iniquitatis extiterat, adiecit in cruce: tēplū autē ipsum funditus
euerit, statumq. Isidis in Tibrim fluuiū iactari p̄cepit. Mūdū autē exilio condem-
nauit: dignumq. eū maiore p̄na non iudicans: q. amoris vehemētia deliquisset. Et ea
quidē quę in templo Isidis prouenire, tali fine conclusa sunt. Nunc ad rem redeo, vt ex-
plicem quę Iudęis Romę eodem tēpore contigerunt, sicut etiam ante p̄stinxī. Erat
quidam vir genere Iudęus de sua patria profugus, accusabatur autē de legalium trans-
gressione p̄ceptorū, vnde apud suos quoq. reus habebatur, etiam malignus in oībus.
Iste per multos dies legem se Mosi exponere simulabat: & tres viros in omnibus sumi-
les sibi consocians, seducunt Fuluiam quandam, vnam de cętu nobiliū, vt legi Iudai-
cę animū suum dederet. Cui persuadent, vt ostri & auri plurimū in Hierosolymā mit-
teret, templi ornatui profuturum. Quod illi fumentes proprijs vsibus absumpere, p̄-
pter quod etiam argumentis & fallacijs antea cuncta peregerant. Tunc Tiberius, (nā
ei totū negotiū Saturninus insinuat, vir Fuluię pariter amicus & tutor) iubet Roma
cunctos Iudęos excedere. Consules autē quatuor milia ex Iudęis militantes mittūt in
Sardorum insulam: plurimos autem militare nolentes, propter legis paternę custodiā,
afficere tormentis: atq. hoc modo propter nequitiam quatuor hominum, vniuersa ex
vrbe multitudo pellitur. Sed neq. Samarcorū gens turbis fuit expers, vel tumultibus
aliena. Hos enim peruerit vir quidam, mentiri pro nihilo iudicans, Caphedon nomine
qui omnem plebem suasionibus artificiosis induxerat, vt in montem Garizin omnes ac-
currerent, q. cum sanctum ac venerabilem haberent. Pollicebatur enim se ascendētib.
ostensurum vniuersa vasa, quę ibidem a Mose fuissent obruta. At illi persuasi verbis
Illius armanant, & cōsidunt in quodam vico, cuius nomen * Tirathua: atq. hinc inde
plurimos cōgregabant, vt cū maxima multitudine montē ascenderent. Sed hos in ipso
ascensu Pilatus occupat, omnē equitatum p̄cedere iubēs, & ductū velocissimos: atq.
sibi circa memoratū vicum pugna cōmittitur: & alios obruncant, plerosq. in fugā ver-
tunt, maximā partē captiū: quorum seditionis principes, vel eos quin fugiendo pluri-
mum valuerāt, Pilatus interfecit. Sed ex Samarcorum gente turbata, cuncti priores ad
Vitellium veniunt, qui per id tempus gerebat Syrię principatum, atq. apud eum Pila-
tum accusant, quod iniuste tantos occiderit. Non enim a Romanis discendo, sed iniu-
riam Pilati declinando, in Tirathua cōgregatos esse profitebātur. Tunc Vitellius Mar-
cellum, vnum ex suis amicis, qui curaret in Iudęa, constituit: Pilatum autem Romam
pergere, vt de his quę a Iudęis accusabatur, se in iudicio Cęsaris expurgaret. Tunc Pila-
tus, postquā in Iudęa decimū compleuit annum, pergit Romam, Vitellij iussione com-
pulsus: non enim posset eius dispositionibus reluctari. Sed antequam Pilatus Romam
veniret, Tiberius ex humanis rebus abscellit.

Destruitur
templum
Isidis.

De Fulvia

Iudęi Ro-
ma excede-
re coguntur

Fortē, Ty-
cia lege dū

Pilatus cę-
dit multos
Iudęorum
qui duce-

Samarco i
montē Gar-
izin per-
gebant.

Destolapō
fiscali a
Vitellio
reddita.

Quomodo Vitellius Hierosolymam veniens, reddidit pontificibus sto-
lam: & deposito Caiapha a pontificatu, concitauit finitimorū regum ani-
mos in Artabanum Parthorum regem. Caput. VII.

Vitellius autem veniens in Iudęam, ascendit Hierosolymam: & erat forte tunc fe-
stivitas a maioribus instituta, quę Pascha vocatur. Vitellius itaq. magnificus ac
munificus extitit in populos: nam & venaliū rerum p̄tia leuigauit, & in alijs
plurimis circa eos liberalis apparuit: sed etiam stolam pontificis, vniuersumq. eius cul-
tum atq. ornatum, in templo haberi permisit, & sub pontificum potestate seruari, secu-
dum institutionem moris antiqui. Nam anteq. Vitellius venisset, in Antonia seruaba-
tur. Arx enim huiusmodi nomine celebratur. Vt autē ibidem seruaretur, talis extite-
rat causa. Pontificum quidā Hyrcanus nomine, vnus ex multis, (nam plures hoc voca-
bulo fuerant nuncupati) prius in loco templi vicino tabernaculum cōstruxerat, & ibi
ex maxima parte debebat, vbi etiam stolam pōtificalem habuit. Nam custos eius exta-
bat, propter quod eam soli licebat induere, quando intrabat templum. Ceterū quando

in ciuitate exhibit priuatis indumentis utebatur. Hanc itaq; consuetudinem & ipse & filij eius, multo tempore conseruabant. Sed postq; Herodes accessit in regnum, illud tabernaculum opportuno loco sibi situm existimans, opulentius construxit: & Antonia ex nomine Antonij quod ei amicus erat, appellat: sed etiam stulam sicut eam ibi reperit, ita etiam precepit custodiri, existimans ex hoc nihil seditionis aduersus se populum commoturum. Similiter etiam fecit Archelaus filius eius, postq; Herodis successit in regnum. Et deinde Archelao excluso, a Romanis seruabatur stola pontificis in illo tabernaculo ex lapidibus fabricato: sub sigillo sane pontificum, & gazophilacis habebatur, a quo & cetera templi ornamenta & candelabrum quoq; seruabatur, quod tantum per dies festos ad usum pontificum tradebatur. Transacta vero festiuitate, iterum in loco proprio reponenda reddebatur: & per tres utiq; festiuitates singulis quibuscq; annis, & per ieiunia dabatur atq; reddebatur. Vitellius autem tunc secundum morem antiquum stulam illam pontificum potestati contulit: neq; permisit, ut quando usus opus esset, a gazophilace peteretur. Hoc itaq; beneficium Iudeis indulgens, pontificem Iosephum cognomento Caiapham, sacerdotali remouit officio, cui Ionathan filium Anne in pontificale ministerium subrogauit. Quae cum egisset, iter confestim, quod in Antiochiam ductum, ingreditur. Mittit etiam Tiberius ad Vitellium literas, iubens ei, ut amicitiam cum Artabano Parthorum imperatore conficeret. Terrebat enim eum, quod inimicus extaret, & Armeniam inuasisset, ne forte amplius eius concepta progrediretur audacia: monetq; ut non aliter eius amicitiae crederetur, nisi suos filios obsides prebuisset. Hec itaq; ad Vitellium scribente Tiberio, ille magnis muneribus persuadet Iberorum & Albanorum regi, ut cum Artabano sine ulla dilatione pugnarent. At illi a pugna quidem abstinent, verum Scythas, concessio eius transitu, aperientes Caspias pilas, in Artabani regiones immittunt, atq; ita deuastatur Armenia, omnisq; terra Parthorum hostibus impletur & cladibus. Nam primi eorum passim ubiq; perimuntur, turbis & luctu cuncta coplentur. Filius etiam ipsius imperatoris in ea pugna perimitur, cum exercitu numero. Nam multae mirades ibi fecerunt Parthorum: ipsumq; Artabanum, per munera Vitellius corruptis amicis eius & consanguineis, pene perdidit. Sed cum dolos intelligeret Artabanus, seq; circumuentum irremediabiliter agnouisset, (nam erat & plures, & primi a quibus insidie parabantur: cum paucis fidelibus ad superiores latrapias abscisset, atq; ita se insidiarum dolis eripuit. Postea vero magnam manu Dacorum suorum congregans, & superans suum tutatus est principatum. Hec igitur Tiberius audiens iussit postea cum Artabano amicitiam fieri: quod etiam ille libenter amplectitur. Hoc autem quando gerebatur, circa Euphratem flumini erant Artabanus & Vitellius, atq; ibidem paucis de federe colloquuntur, in medio sibi ponte fluminis occurrentes, paucos secum uterq; qui sibi munimento forent adducens. Ibi postq; de pace locuti sunt, Herodes eis Tetrarcha conuiuium in loco medio preparat, tabernaculum ex velamentis pretiosis exornans. Tunc Artabanus dat obsidem Tiberio Darium filium suum, cum quo etiam munera magna multaq; transmittit. In quibus etiam hominem magnitudine septem cubitorum, genere Iudeum, nomine Lazarum misit: qui propter corporis vastitatem Gigas vocabatur. His itaq; peractis, Vitellius ad Antiochiam, Artabanus autem in Babyloniam reuertitur. Herodes autem volens semetipsum Cesari tali nuntio commendare, literas per huiusmodi destinat portatores, in quibus intimat pacem factam, obsidemq; susceptum: postremo cuncta denuntiat, quae ad negotium pertinebant, nihil penitus pretermittens. Postea vero cum a Vitellio de his rebus destinarentur epistolae, rescribitur a Cesare, quod cuncta iam ante cognouerit, Herode de omnibus edocuisse. Ex hoc Vitellius supra quam quicquam ratus erat indignatione turbatur, non tamen suum animum aperit, sed iram mente seruabat, donec reuenteretur, Caio sumente regimen principatus.

De morte Philippi, & bello inter Herodem & Aretam socerum eius, propter Herodiadem, Aretae filiae superinductam: vinciturq; exercitus Herodis. Tiberius vero mandat Vitellio ut Herodi ferat auxilium contra Aretam.

Caput. IX.

Vnde etiam Philippus Herodis huius frater vita defungitur, vicesimo quidem secundo anno imperante Tiberio: ipse autem per vigintiduos annos rebus aduixit sub suo iure possides Trachonitidis & Gaulanitidis regionem. Ad hec etiam Bathaneorum

neorum vniuersam gentem suo regimine gubernabat. Is moderatum & mansuetum se cum ceteris quibus imperabat exhibuit, nullas oppressiones aliquibus importans: nam eius ad subiectos conuersatio talis erat. Procebat in itinere cum paucis electis, sibiq; gratissimis: in causis iusta iudicia proferebat: occurrentibus vel opis egentibus auxiliabatur impigerat: si forte oppressionem senserat alicuius, statim in solio confidens causam audiebat: iuste parti adiutor, iniuste autem punitor existens. Hic ergo moritur in Iulida: unde magnis exequijs in monumentum deferitur, quod ab ipso ante fuerat constitutum. Iustaq; sunt illi magnifice celebrata. Principatum autem eius Tiberius Caesar assumens siquidem nullum reliquerat filium, dispensationi Syriae regiminiq; coniunxit: functiones autem tributarias quaecumq; colligerentur, in eadem precepit tetrarchia seruari. His quoq; temporibus inter Aretam Petreum, & Herodem regem simulatas magna contigit, propter huiusmodi causam: Herodes Tetrarches uxorem habuit, Aretae filiam cum qua non paruum tempus aduixerat. Sed cum Romam euocaretur, transiens in domo Herodis exceptus est. Frater eius erat etiam ipse, sed non ex una matre progenitus: Herodes enim ex filia Simonis sacerdotis fuerat percreatus. Cum ibi esset, Herodiadis amore captus est, uxoris alterius Herodis: filia enim erat ista Aristoboli, soror autem Agrippae maioris. Audet igitur cum muliere de nuptijs incundis miscere sermonem. Illa vero suscipiente, pacta firmatur: ut cum Roma reuersus fuisset, illa coniugij iura susceperet. Erat enim in pactis, ut filia Aretae regis excluderet. Et Herodes quidem Romae talibus pactis firmatis aduehitur. Sed cum reuersus fuisset, peragēs Romae propter quae fuerat euocatus, vxor eius fideliter cuncta cognoscens, quae inter eum fuerat Herodiademq; coposita, antequam ille cuncta cognouisset sentiret, rogat virum, ut in Macherunta, ubi limes erat Aretae Herodisq; regionis, ab eo mitteretur, nihil suae voluntatis apertens. Hoc Herodes libenter accipiens, mittit uxorem, nihil ea sensisse penitus arbitratus. Illa vero (premissa enim ante multum tempus ad patrem, ut ei apud Macherunta omnia pararentur quae itineris vius exposceret) a ductoribus Aretae suscipitur: confestimq; intrat Arabiam, atq; ibi ab illis ductoribus ad alios, ab illisq; rursus ad alteros transmissa, cum summa celeritate patri perducitur, cui cunctam Herodis aperit voluntatem. Ille vero ex hinc inimicitiarum sumpsit initium: atque ab utroq; exercitu congregato, in regione Gamalica bello conflagit: non quidem ipsis presentibus, sed ductoribus ab utraque parte transmissis. Pugna itaque facta, & exercitu Herodis afflicto, prodicione profugum, qui de Philippi tetrarchia ad Herodem quasi auxiliandi causa conuenerant, haec Herodes scribit ad Tiberium. Ille autem indignatus, quod Aretas talia perpetraverit, scribit Vitellio, ut bellum incunctanter inferret, & aut viuum eum vincitum adduceret, aut certe mortui caput auferret. Tiberius quidem ut haec ageret, rectori Syriae demandabat.

DE IOANNE BAPTISTA.

Caput. X.

Quibusdam autem Iudeorum videbatur, ideo perisse Herodis exercitum, quod in eo satis iuste indignatio diuina commota sit, pro vindicta IOANNIS, qui vocabatur BAPTISTA. Hunc enim Herodes occidit, virum valde bonum: qui precipiebat Iudeis, virtuti operari dare, iustitiam colere, in deum seruare pietatem, & per baptismum in unum coire. Tum demum enim baptismum acceptabile fore, si non solum ad ablutionem peccata sumatur, verum etiam ad castimoniam corporis, atq; ad animae iustitiam, purificationemq; seruetur: omnesq; pariter virtutis velut signaculum & custodia quaedam fidelis habeatur. Quae cum ab eo precepta huiusmodi doceretur, atq; ad audiendum eum per plurimam multitudinem concurrebat, veritus Herodes, ne forte doctus eius persuasionem, populi a suo regno discederet, (videbat enim, quod preceptis eius ac monitis parata esset plebs in omnibus obedire) melius creditur priusquam ui aliquid fieret, preuenire hominem nece, quam postmodum turbatis rebus, seram poenitentiam gerere. Ex sola hac suspitione Herodis, vincens in castellum Macherunta abducitur IOANNES, ibiq; obtruncatur. Iudeis autem sicut iam diximus, videbatur, pro eius virtute ne interitum illius exercitui deum importasse, quo Herodes sumpsisset digna supplicia.

Mors Tiberij Vitellio nuntiatur: deinde de vniuersa Herodis progenie. Ca. XI.

Vitellius vero coepit omnia preparare, ut bellum cum Areta perageret. Summis igitur duas legiones, & peditum & equitum vniuersam manum, cunctosq; auxiliaarios ex regibus qui sub Romanis erant, simul adducens, pergebat per Iudeam transitum facere, sed venientes in occursum eius primates Iudeorum, postulabant ne per

Caiaphas a pontificatu deponitur, surrogatur filio Anne

Bellum cum Artabano Parthorum rege.

Herodes conuiuium Artabano & Vitellio preparat.

Herodes capit Antoniam re Herodia dis.

Pugna inter Herodem & Aretam propter fidem trinitatis ab Herode violatam.

De Ioanne Baptista.

Herodis contra Evangelium: quia Herodes Ioannem Baptistam occidit.

eorum regionē iter ageret, ne cōpellerentur contra legem suam imagines & signa susci-
pere. Quibus auditis ille persuasus, mutata sententia, quam ante consulto prouiderat,
per campū magnū ire pręcepit exercitum: ipse autē cum Herode tetrarcha & amicis
ascendit in Hierosolymam, deo hostias immolaturus. Nam dies festus Iudęorū pp̄na-
quus instabat. Ad quā festiuitatē occurrens, fauorabiliter ac cōdēter ab omni multitu-
dine Iudęorum susceptus est: ibiq; peragens dies festos, Ionathan pontificali remouit
officio, quod Theophilo eius fratri cōtradidit. Quarto autē die, allatę sunt illi literę, in
quibus significabatur mors Tiberij: & vt omnem multitudinem congregans, ad deuo-
tionem Caij iurare cōpelleret, milites quoq; & auxilia cuncta ad loca propria dimitte-
bat, q̄ bellū iam gerere nō valeret, nesciens Caij ppositū, in quē potestas rerum trans-
lata cōstaret. Dicebatur etiam, q̄ hoc Aretas ex augurio antea cognouisset. Nam cum
ad eum Vitellij nuntiū belli misisset, fertur Vitellij militibus respondisse, impossibi-
le profus, vt ad Petros Romanus exercitus adueniret: antea enim vnū ex principibus
moriutū, vel eum qui bellū imperauisset, vel illum qui imperantis proposito ministra-
ret, vel illū aduersus quem prælium pararetur. Vitellius interea in Antiochiam repe-
dauit. Agrippa vero Aristobuli filius, anno octēq; Tiberius moreretur, Romā venit:
volens apud imperatorem agere, vt sibi aliquā tribueret potestatem. Volo igitur ple-
nius explicare, de vniuerso Herodis genere, qualiter fuerit, ppagatū: simul enim & ser-
mo ad hanc historiam pertinens, amplius enitescet: & nihil prodesse, vel exercitus, aut
vim corporis, vel alia quę videntur mortalibus appetenda, sine pietate qua colitur de-
us. Siquidem inter centum annorum spatium, pręter paucos, (nam admodum plures
erant) cuncta Herodis origo consumpta est. Super hęc etiam ad humilitatem & mode-
stiam humanū genus adducitur, cum illius familie calamitates audierit. Postremo etiā
omnis res Agrippę declarabitur, digna maiore miraculo qualiter ex priuato & abiecto
ad tantam magnitudinem potestatis ascenderit, quod nullus scientium eum, de illo ho-
mine aut sperare posset, aut credere. Dixi quidem & antea de his, tamen nunc quo dili-
gentius explanabo. Herodi maiori fuere ex Mariamne Hyrcani, filię duę: ex quibus vna
id est Salome, nupta fuerat Phaselo nepoti suo, filio Phaseli fratris Herodis: hanc enim
pater ipse tradiderat: altera vero, id est Cypris, Antipatro, & ipsa nepoti quidem Hero-
dis, filio autem sororis eius Salomes. Et Phaselo quidē ex Salome pcreatur filij quinq;
Antipater, Herodes, & Alexander: filię autem, Alexandra, & Cypris: quam in con-
iugium acceperat Agrippa, filius Alexandri. Alexandram autem honorabilis vir Cy-
prianus ex nobilibus habebat vxorem: sed nullos suscipiens filios Cypris, emoritur.
Verum ex Agrippa quidem pueri procreantur duo, filię autem tres, Beronice, Mari-
amne, Drusilla: Agrippa autem & Drusus pueri vocabantur: quorum Drusus, anteq;
ad adulescentiam veniret, emoritur: Agrippa autem a patre nutriebatur. Herodes au-
tem & Aristobulus, & Beronice, etiam hi quoq; filij fuerint filij Herodis maioris: Be-
ronice autem Custobari, fuit Salomes filia, sororis Herodis. Hos Aristobulus infantu-
los dereliquerat, occisus a patre cum Alexandro fratre, sicut ante iam diximus. Sed hi
postq̄ adoleuerunt, ducunt, Herodes quidē iste Agrippę frater Mariam filiam Olym-
piadis, regis Herodis filię, & Iosippi, qui erat Herodis regis frater. Habuit autē ex hac
filia Aristobulum. Tertius autē Agrippę frater Aristobulus ducit Iotopalā, Sigerā
mi filiam, Emeforū regis: ex quibus nascitur puella, cuius audiendi sensus fuerat obtu-
ratus, nomine Iotapa: Et isti quidem masculorū filij fuere. Herodias quoq; erat his so-
ror progenita, quę Herodi Herodis maioris filio fuerat iuncta, quam ex Mariamne sus-
ceperat, Simonis pontificis filia. Existis etiam Salome filia pcreatur: qua pcreata, He-
rodias legem paternam transgrediens, Herodi coniungitur fratri viri sui, ex vno patre
progeniti, viuū deferens virum. Hic autē cui coniuncta est, tetrarchia nō habebat Cali-
lēę: filia vero eius Salome Philippo filio Herodis nupta est, tetrarchę Trachonitidis
regionis. Sed isto sine filijs moriente, Aristobulus eam in cōiugium suscepit, filius He-
rodias, fratris Agrippę. Ex quibus filij quoq; nascūtur tres: Herodes, Agrippa, Aristo-
bulus. Et Salomes quidem tali modo plapia ppagatur. Eia autē ex Antipatro filia p-
creatur Cypris, quam Alexas Selcias sumit vxorem. Alexę vero huiusq; mulieris filia
fuit item Cypris. Herodes autē & Alexander, quos fratres diximus Antipatri, sine filijs
moriūtur. Alexandro autē Herodis regis filio, qui a patre fuerat interemptus, Alexan-
der &

Literę de
morte Ti-
berij.
Vitellio de-
seruntur.

De vniuer-
so Herodis
genere.

der & Tigranes filij generantur, ex Archelai Cappadocum regis filia: & Tigranes qui
dem cum regnaret in Armenia, accusatus in Roma, sine prole defungitur. Alexandro
autem, Tigranes homonymus fratris eius gignitur filius: Et iste Alexander, qui duxit
Antiochi Comagenorū regis filiam Iotapam nomine, Lesidi Cilicię ciuitatis a Vespas-
iano rex efficitur. Et Alexandri quidem origo cōfessim vt pullulauit, cultumq; gētis
suę dereliquit, ad ritus transiens moreq; gentium: ceterę vero filię Herodis, nullam
prolem penitus habuere. Herodis autem quam memorauī prosapia, permansit vsq; ad
tempus quo Agrippa maior regnum accepit.

Quomodo Agrippa rei familiaris inopia coactus est relicta Roma redire
in Iudęam, vbi cum grande es alienum conflasset, iterū pergit ad Tiberiū,
qui curam sui nepotis Caij illi committit. Caput. XII.

Is itaq; de Herodis genere declaratis, nūc de Agrippa narabo: vel qualis illi ad
uersitas fortunę puenerit, vel qualiter omnes calamitates effugerit, atq; ad ma-
gnam dignitatem potestatemq; conscenderit. Ante paucum igitur tempus, quā
rex Herodes de vita discederet. Agrippa apud Romam erat, vbi maximam familiarita-
tem cum Druso Tiberij filio conquisierat, & cū Antonia Drusi maioris cōiuge: ppter
ea quod hęc matrem eius in honore magno haberet, & venerabiliter appellaret. Agrip-
pa vero magnus & natura largus existens, & ad donandū valde munificus, viuēte qui-
dem matre suā voluntatē nō valebat ostendere, veritus ne illam in aliquo contrista-
ret. Mortua vero matre, & proprij factus arbitrij, cōcepit opes suas abundanter effunde-
re: & alia quidem quotidiani vicijs gratia opulētē erogare: alia muneribus in diuersos
expendere, plurima vero liberris Cęsarīs dare, q̄ ipse per eos posset aliquid adiuuari.
Proinde hoc modo semetipsum exhibens, breui ad magnam penuriam egestatemq; per-
uenit. Accessit illi enim aliud, vnde Romę permanere prohiberetur. Cōtiguit enim Ti-
berij filium mori: quo mortuo, Tiberius prohibuit omnes amicos filij sui, omnesq; fa-
miliares ante faciē suā accedere: ne illis visis, recordatione filij facta, dolor ei luētusq;
moueretur. Ob hanc igitur causam in Iudęam Agrippa nauigando perrexit, videns se
apud Romam miserabiliter viuere, propter quod omnes suas opes amiserat: & nullus
illi aditus esset, vnde posset aliquos quęstus habere: nam multas etiam ibi pecunias sub
fœnore acceperat: a quibus cū vrgeretur, vnde debitum cōsolueret non habebat. De
festu igitur consilij, & cōsusione, q̄ se taliter videret, discessit in quādam turrim, quę in
Malathos fuerat constituta: addicens semetipsum, vt hac luce defungeretur. Quę cū
vxor eius Cypris ita esse sentiret, cōcepit omnibus modis laborare, vt eum a morte pro-
hiberet. Inuenit ergo consilium, vt ad suā sororem Herodiadem scriberet, quam He-
rodes tetrarcha vxorē acceperat, intimans ei in quibus Agrippa esset constitutus, vel
qualiter se vellet morte damnare, oportere illā propter cōsanguinitatē auxilium ferre.
Illi vero euocantes Agrippam, habitationē illi in Tiberiadē construunt, & aliquantū
eris per singulos dies, quod ad victū eius subministraretur, dare pręcipiunt. Sed in hoc
Herodes non multo tempore perseuerat, licet etiam ipsa quę daret sufficientia non es-
sent. Nā cum aliquo die, in Tyro per vinū hoc Herodes exprobaret Agrippę, Agrip-
pa impatiens exprobationis abscessit, atq; inde perrexit ad Flaccum virum consularem
cum quo Romę amicitiam nō paruum induxerat. Is enim tunc gubernationem Syrię
dispensabat. Cūq; susceptus esset a Flacco: apud eū interim degebat. Retinuit ibi quo-
q; Flaccus Aristobulum fratrem Agrippę, sed similitate diuersum: haud sane per hoc in
aliquo prepediebantur, quo minus amicitiam consulis honoremq; mererentur. Sed nō
tamen Aristobulus aduersando cessauit, donec eum Flacco quoq; reddidisset inuisum,
huiusmodi causam offensionis inueniens: Damasceni cum Sidonijs pro militibus certa-
men exercebant. Cūq; inter eos Flaccus auditurus foret, illi cognoscētes Agrippam,
quod apud eum plurimū posset, rogabant vt partis eorū fautor existeret, argentum ei
plurimū promittentes. Et ille quidem omnia studiose gerebat, q̄ Damascenis suffraga-
rentur auxiliū. Aristobulus autem (non enim eum latuit pecuniarum quę fuerat facta
promissio) causam deportat ad Flaccum. Quę cum fieret examinatione manifestior, a
sua gratia repellit Agrippam. Ille autē extrema penuria circumseptus ad Ptolemaidē
pergit, atq; ibi necessitate rei familiaris astrictus, consiliū capit in Italiam nauigādū. Sed
cum eum sumptū prohiberet inopia, Marisam libertum suum rogabat, vt ei in tanto

Nauigario
Agrippę.

Agrippa p-
fuit omni-
bus inopia
coactus est
redire in Iu-
dęam.

Herodes
Agrippę
inopia obie-
ctat.

Agrippa
cōfugit ad
Flaccum.

Agrippa
dclatione
fratris Ari-
stobuli exci-
dit ab ami-
citiā Flacci.

Aes alienū
ab Agrippa
pa. cōlatū.

Herennius
Agrippae
creditor.

Studiū &
cura Cypridis
pro marito
Agrippa.

Agrippa
ad Tiberiū
properat.

Tiberius
Agrippae ob
debitū nō
solutum.

Tiberi⁹ cō
mittit A-
grippae cu-
ram sui ne
potis.

Eutychus
quidā furti-
ceus.

molimine adiutor existeret, ab aliquibus pecunias mutuādo: Et Marfyas primū querē-
dam Beronices maris Agrippae libertum, sed iure testamenti eius factum ditionis An-
toniē, postulat vt ei aliquas pecunias daret, scriptura & fide mediante. Ille vero quere-
batur de Agryppa pro cuiusdam fraude pecunię: & cōpellit Marfyam, se cautionē da-
re milium atticarum, facereq; vt duo milia minus quingentis acciperet. Ille porro con-
cessit, quia non erat aliud quod egisset. Sumpta itaq; pecunia, Agrippa Anthedonem
venit: & reperiens nauim iter propositum peragebat. Hoc agnoscēs Herennius Capi-
to, Iamniē curator, milites mittit, vt ab eo argenti triginta miriadas exigerent, quę Ro-
mę thesauris Cęsarīs debebantur. Qui venientes, Agrippam pecuniam dare compē-
lunt. Ille vero facturum se quod videbatur assimulans, nocte Alexandriam profugit:
vbi Alexandrum deprecatur Alabarcum, vt ei viginti miriades mutuās largiretur. At
ille ipsi quidem daturum se non promisit. Cypridis autē similia postulanti non abnuī,
obstupescens studiū dilectionis eius erga proprium virum, & quod eam videbat ho-
nestatis cuncto genere decoratam. Alexander igitur quinq; illis talēta in Alexandria
mutuatur, promittēs vt cum in Diczarchiam veniret, ibi reliquum daret, times Agrip-
pam, quod esset in expensis profusor. Et Cypris quidem exinde virū in Italiam nauiga-
turum dimittens, ipsa cum filiis in Iudęam reuertitur. Agrippa vero Puteolos appu-
sus, epistolam ad Tiberiū Cęsarem scribit, qui tūc Capreis agebat, presentiam suam
significans, vt dignus fieret vultui Cęsarīs apparere, quo continētiā ab eo mereretur.
Petebat ergo, vt ei Capreas venire concederet. Tiberius autem nihil dilatione produ-
cens, clementer illi & humane rescripsit: inter alia gaudere se quoq; significans, illū ad
se sospitem repedare. Cur q; ille Capreas aduenisset, nihil minus ei Cęsar alacritatis ex-
hibuit, quam per literas ostenderat. Nam eum & amplexatus est, & magnifica hospita-
litate suscepit. Sed postero die allatis litteris ab Herennio Capitone, in quibus signifi-
cabatur, q; Agrippa triginta miriadas debēs, liber soluēdo nō esset: & ob id tēpore quo
se sponderat redditurum, profugit exactores euitans, animus Cęsarīs immutatus est.
Nam cum illā legisset epistolam, indignatione cōmotus, ingressum ad se interdixit, do-
nec ab eo debitū redderetur. Ille autem nequaquā ex Cęsarīs indignatione turbatus, An-
toniam deprecabatur Germanici matrem & Claudij, qui postea Cęsar effectus est, vt ei
xxx. miriadas mutuās impartiret, ne ab amicitia Tiberij decideret. Illa vero Beronices
maris Agrippae recordatione (nā se hę mulieres admodū diligebant, siquidem pariter
Claudio lac prębuerāt, pariterq; illum enutrierant) argenti quod postulat impartitur.
Quod cum pro debito reddidisset, nullo modo post hęc ab amicitia Tiberij phibetur.
Deinde Tiberius Cęsar eū suo nepoti coniunxit, iubens vt ei in omnibus processioni-
bus adhereret. Agrippa vero, ppter quod ab Antonia cum magna gratia fuisset exce-
ptus, cepit omni ope niti, vt Caium eius filiū in omnibus accuraret, qui fauore matris
in magnis habebatur honoribus. Erat ibi forte quidā genere Samarę, libertus Cęsa-
ris, ab eo mutuatur miriadas centū, ex quibus Antonij restituit quod debebat, ex reli-
quo autē Caium amplius accurabat, vnde apud eum maiorem adipiscitur dignitatem.

¶ Quomodo Agrippa delatione cuiusdā Eutychi in furto deprehensi, con-
iectus est a Tiberio in vincula, a quibus non est solutus viuente Tiberio.

Verum Caius Caligula, quem Tiberius successorem ex omine fore cogno-
uerat, Agrippā e vinculis soluens, regē tetrarchię Philippi constituit
ita debitam gratiam suo pedagogo rependens. Caput. XIII.

PEr dies igitur Agrippa circa Caium in melius procedente, quodam die sermo fit
de Tiberio. Cūq; Agrippa ex affectu vota profunderet, vt celeriter defuncto
Tiberio, Caio daretur imperiū, quem meliorem dignioremq; in omnibus esse fir-
mabat: inter auditores horum verborū forte fuit quidam etiam Eutychus, Agrippę li-
bertus & auriga: & tunc quidem silentio quod audiuerat tradidit, postea vero cū eum
Agrippa furti argueret pro vestibus aliquibus, & reuera aliqua vestimenta subtraxe-
rat, fugiens comprehēditur. Cūq; ad Pisonem duceretur, qui tunc custos fuerat ciui-
tatis, causam fuge requisitus, verba quędam secreta Cęsari lenuntiare dicit, eius munia
mini salutiq; profutura. Proinde vinctum mandat ad Capreas. Tiberius autē more suo
vtens, habuit eū in vinculis custoditum. Magnam enim sollicitudinem pro semetipso
gerebat, super quemlibet, aut imperatorem cogitās aut tyrānum. Nam neq; legationes
facile susci-

facile suscipiebat: neq; ducum suorum, vel curatorum, vel aliorum in ceteris constituto-
rum officiis remotiones, professionesq; celebrabat: nisi forte cum quisq; in aliqua depre-
henderetur offensa. Alioquin nulli ab eo dabatur nisi morte successio, nam vinctorum
aliquas secretas denunciations suspectas habebat. Vnde cum amici causam huius di-
spositionis inquirerent, respondisse fertur, legationē quidē ideo nec facile suscipere, nec
cito dimittere, ne ceteri videntes alios facilius absolutos, ex hoc plures ad se venire in-
citarentur: & sibi frequentia legatorū molestiam inquietudinis apporaret, pręsertim
cum necesse esset etiam eis dona largiri. Magistratus autē semel datos ideo se iugiter per-
mittere dicebat illis, quibus fuere concessi, quod intelligeret consuli per hoc & presta-
ri ex magna parte subiectis. In natura nanq; omnē administrationem hoc habere firma-
bat, vt circa opes acquirendas faceret homines studiose festinare. Cū igitur non se ali-
quis perennē in officio permanere perspexerit, manifestū q; omne gerat studium, vt an-
teq; arceatur officio, q; plurimum possit acquirat. Vnde quoq; ad furta plurima & rapi-
nas plurimi concitantur. Si vero persecuturos se in administrationibus certo cogno-
scant, licentia plurima conquirendi pigriores & quietiores fiunt, ad furta vel fraudes
aliquas faciendas. Cum autem celeres successiones dantur hominibus, nequaquā subiecti
sufficiunt ducibus deprestantibus, quibus largitas tēporis non est attributa, qui reple-
ti si essent, studiū omne lucrandi deponerent. Exemplum etiam eis pferebat quendam
vulneratum, ad cuius vulnus muscę congregabatur plurimę: quę quidam transeuntū
cum vidisset, miserans est eius calamitatē: ratusq; quod imbecillitate nimia muscas il-
las a se non posset abicere, opusq; haberet alterius beneficio, iterrogauit eum causam,
cui sibi metipso non auxiliaretur, molestiam repellendo muscarū. Cui ille respondens:
Amplius, inquit, mihi lēSIONIS importas, si has presentes fugaueris. Iste quidem iam re-
plete sanguine, non eo modo molestę sunt, quin etiam aliquantulū remissius insistant:
si vero his amoris alię famelicę congregentur, ita illud vulnus inuadent, vt etiam si in-
tereant, non valeant effugari. Propterea igitur & seipsum dicebat subiectis per rapinas
indictę fatigatis consilere, per hoc, quod non crebro in administrationibus alios subisti-
tueret: qui more muscarū, cum naturaliter ad lucra ferantur, tum etiā remotionis timo-
re, amplius incitantur ad rapiēdi cupidinem. Testificatur autem huic meo sermone,
quod huius esset nature Tiberius, ipsum eius opus inspectum: quādoquidem duobus
& viginti annis in imperio actis, duos tantum dispensatores in Iudęam misit, quorum
illa getis gubernatione regeretur, Gratum, atq; Pilatum, qui ei successerat: nec in sola Iu-
dęa forte talis exiit, sed etiam in ceteris regionibus nō aliter apparuit. Sed etiam vin-
ctorū examinationes differre se propterea dicebat, quia si condemnati morerentur, libe-
ratio per hoc hominum malorum imminētium illis adesset: cum vero in custodia tene-
rentur, maiorem illis sicut meriti essent inferri calamitatem. Propter has igitur & huius-
modi causas, etiam Eutychus auditus non fuerat, sed retinebatur in vinculis. Tēpore
vero pcurrente, Tiberius ex Capreis Tusculanum venit, distantē a Roma intervallo
studiorum cētam. Agrippa verō rogabat Antonia, vt ageret, quo Eutychi aduersum
se discuteretur accusatio. Honorabilis quippe apud Tiberium habebatur Antonia, &
cognitionis & dignitatis gratia: nam Drusi fratris eius vxor extiterat: sed etiā virtute
pudicitie. Aetate nanq; viridi viduata, permansit, spernens secundi viri coniugium, cū
etiam a Sebastō euicūq; nubere iuberetur, se omnemq; suam vitam liberam detrahitio-
nibus gessit. Tiberio quoq; beneficium grande pręstiterat, cum fuisset a Seiano in sin-
die pręparatę, amico viri sui, & potentiam tunc magnam habente, eo quod multarum
tunc militiarū ductor existeret, & quod in consilium eius plures ex nobilitate concu-
rent, libertorumq; se ad eū magna manus addiderit: sed militia omnis fuerat ante cor-
rupta. Igitur omnibus per dies augmentum accedebat insidijs, & pene Seianus totum
opus impleuisset, nisi Antonia Seiani malignitate prudentior, suam exercuisset in hac
causa fiduciam. Nam cum cognouisset quę de Tiberio traflarentur, scribit ad eum om-
nia diligenter: & per Pallantem quendam seruorū suorum fidelissimum, literas in Ca-
pream delinuat ad Tiberium. Ille autē insinuata cognoscens, Seianum cum conscijs vni-
uersis interemit. Antoniam autē, licet etiam ante venerabilē haberet, venerabiliorem ta-
men ex eo habuit, quę in oibus obediebat. Ab hac igitur Tiberius rogatus, vt examini
daret Eutychū, siquidē, inquit Tiberius, mēdaciū est, aduersus Agrippam qđ dicitur,

Tiberi⁹ dis-
siliis in le-
gatis missi-
radis & sus-
cipiendis.

Tiberi⁹ mu-
tationē faci-
lę magistra-
tū non p-
babat.

Tiberi⁹ tar-
dus ad pu-
mendū ma-
lencia.

Antonij
dignitas.

De insidijs
Seiani.

meritum habebit. Eutychus, dignumque sibi supplicium: si vero in examine datus, quæ dicit vera clauerint, in illum qui causam examinari cōpellit, omnis poena reuertetur. Sed Agrippa cum ei hæc ab Antonia dicerentur, magis instabat, deprecans examinationem causæ fieri. Antonia vero (non enim valebat Agrippam cōtemnere, quod erat vehemens in petendo) tempus opportunum inueniens, procedente etiam Caio eius filio & Agrippa pomeridiano, (iam quippe pransi processerant) postulat Tiberium, ut vocato Eutychō, celebraretur examen. Tum ille: Sciunt, inquit, Antonia dii, quia non ex mea sententia, sed a te coactus geram, quicquid in hac causâ fuerit gestum. Hæc dicens, iubet Macronem, qui Seiano successerat, ut adduceret Eutychum. At ille sine vlla dilatione cum esset adductus, cepit eum Tiberius percontari, quidnam dicendum haberet aduersus eum, qui ei libertatis munus indulerit. Tum ille: O domine, inquit, vehebatur carruca Caius, & Agrippa cum illo, ego autem ante pedes eorum assidebam: & cum multi sermones verterentur, hoc etiam inter plura locutus est ad Caium Agrippa: O si veniat aliquando dies, ut isto sene defuncto mundi tu suscipias principatum: nihil enim Tiberius filius eius impedit, quod a te facile valebit occidi. Tunc Tiberius credibilia quæ dicta sunt reputans, simul etiam quod iram veterem reueretur Agrippæ, propter quod eum iusserat Tiberius nepotem suum, filium Drusi: frequenter suis conuentis, & curare, quam iussioem Agrippa contempserat, totumque se Caio dederat: hunc, inquit, Macro vinciri facito. Sed Macro non satis intelligens, de quo ille lud verius imperaret: nam nec sperabat eum de Agrippa tale vnumquam aliquid cogitare: sed interrogavit, ut certius quod iuberet agnosceret. Cū quo Cæsar in hippodromo deambulabat, & peruenit ad Agrippam, eumque manu comprehendens, dixit ei: O Macro, hunc iussi vinciri. Illo etiam tum requirere quænam præciperet: Agrippam, inquit. Et Agrippa subito perturbatus, ad deprecationes conuertitur, commemoratione eius filij faciens, cum quo fuisset vna nutritus, & Tiberij, cum quo pariter fuerat educatus. Haud tamen proficiebat aliquid, sed ducebatur ostro vestitus in vincula: & erat ardor magnus: nam cōstitis tēpus extabat: & xvino quo in epulis multo fuerant vsi, cepit fiti vehementer incendi. Vnde quoque anxius factus, præter decus atque dignitatem cepit cuncta respicere, vnde posset fitis inuenire remedium: conspiciens quendam ex famulis Caij, Thaumastum nomine, aquam in vase portantem, petiuit bibere. Illo autem porrigente, suscepit atque auidè bibit: & spero, inquit, o puer, quod in bono tibi hæc effecta fuerit administratio. Nam cum hæc effugero vincula, nullo modo tardabo tibi libertatem a Caio promereri, qui mihi etiam vincto ministerium præbuit: sicut etiam ante nūq̃ neglexisti, cum fuisses in dignitate constitutus. Neque enim hæc dicens mentitus est, sed vicissitudinem ei meritam reddidit. Nam postmodum rex effectus, Thaumasto libertatem a Caio promeruit, curatoremque eum fecit suæ substantiæ: sed etiam moriens, filio suo Agrippæ & Beronice filiæ in eodem ministraturū officio dereliquit: atque in hoc honore senio grandæuus defungitur. Et hæc quidem postea facta sunt. Agrippa vero tūc vinctus stabat ante palatium, in quadam arbore præ anxietate reclinatus cum plurimis, qui simul fuerant vincti: & quodam alite confidente super arborē, in quâ fuerat Agrippa reclinatus, quem bubonē Romani vocant, quidam ex vinctis Germanus nomine cōtemplatus, interrogavit milites, quisnam esset ille qui ostro vestiretur: & agnoscens quod Agrippa vocaretur, genere autem esset Iudeus, ex his qui in illa gente primates haberentur: petiuit colligatum sibi militē, ut ad eum copiam acciperet concedendi, quod vellent ab eo de patria eius aliquid percontari. Quod cum ei concederetur, accessit: & per interpretem, o iuuenis, inquit, affligit quidem te repentina mutatio, magnam tibi fortunam calamitatis importans: sed verba tibi denuncio, quæ tibi ex numine diuino fagam: totius mali portēdunt. Scito ergo, deos tibi tam meæ patriæ quā huius loci testes inuoco, ex quorū pudentia hæc nobis vincula puenerunt, quod neque cupidine fallendi, neque vanū tibi gaudium asserre desiderans dicam, quæ dixerō. Siquidē tales prenuntiationes, quæ non valent ipsis operibus approbari, magis faciū moris augmētum, quam si nihil verborum adueris illorum: ideoque iustum putavi hoc deorum prælagio nunciare. Impossibile namque est, non te confestim de his vinculis liberari: & ad puerū, diuturnum magnæ dignitatis & potestatis ascendere: ita ut inuidiam ab vniuersis habeas, qui te nunc miseranter attēdunt: exitus etiam vitæ in beatitudine te reperiet constitutum.

Eutychus ac
cufat A-
grippam.

Agrippa
apprehens
ditur.

Thaumasti
elementia.

Germanus
augurij &
boni omi-
nis inter-
pres.

stitutum, diuitiasque plurimas, omniaque quæ prima mortales ducunt, tuis filiis qui tibi nati fuerint derelinqs. Memineris autem, quoniam cum iterum hunc alitem videris, intra quinque dies finem vitæ tibi venturum. Et hæc quidem tibi cuncta complentur, nisi vano hæc a numine disponuntur, cui placuit prænuiciandi causâ illum alitem destinare. Ego autem iniustum putavi, si talia cognoscens, te quoque cognoscere defraudarem. Nam vtile tibi iudicaui paululum afflicum esse morioribus, cum in manus tuas cuncta mortalium bona deuenerint, & omnem infelicitatem in qua nunc detrahimur effugeris. Et Germanus quidem talia prædicens, tantū risum excitauit Agrippæ, quantum postea apparuit dignus miraculo. Et Antonia grauiter ferens Agrippæ calamitatem, intercedere quidem pro eo apud Tiberium, suspectum esse cernebat: ad hæc etiam infructuosum fore. Sane inuenti sunt ei a Macrone ex militibus tales, qui eum sine districtione seruarent. Adhibetur etiam talis centurio, qui illis præfessit militibus: sed etiam qui cum eo ligaretur talis inuentus est. Lauacra quotidiana concedebantur, sed etiam copia libertis & amicis ad eum intrandi tribuitur: aliaque omnia permittuntur, quibus sollicitè curaretur. Intrabant autē ad eum amicus Syllas, & ex libertis Marcellus, & Stoccheus, cibos afferentes quos libenter edebat, aliamque diligentiam, quæ necessaria esse solet in rebus talibus, exercebant: indumenta quoque deportantes, sub ostentu vendendi. Cum autem noctis adesset aduentus, stramina cōponebant, conspiciens fauentibusque militibus. Nam eis Macro commendans ante prædixerat. Et hæc quidem agebantur per menses sex, quibus Agrippa in his infortunijs habebatur. Tiberius autem reuersus in Capreas, febrium ardore corripitur, & primum quidem mediocriter, sed in peius ægitudine procedente, contrariam de eo spem habebat Euodius, amantissimus ei omnium libertorum. Is iussit ad eum filios eius adduci. Operere namque dicebat, ut cum eis loqueretur, antequam terminū vitæ susciperet. Erant autem illi filij, nō quidem proprii, sed adoptati: nam Drusus eius filius iam fuerat mortuus, cuius filius Tiberius fuerat adoptatus, cognomento Gemellus: & Caius, Germanici fratris filius, iam adulescentulus, & liberalibus apprime disciplinis institutus, qui etiam populo & honorabilis erat & charus, propter Germanici patris eius virtutem. Nam hic ad magnum honorem apud populos fuerat sublimatus, propter mansuetudinem morum, & propter affabilitatem qua cunctis gratus extabat. Et cum ipse clarus esset, non se tamen præferbat, sed omnibus par esse volebat. His igitur rebus non solum apud populū, sed etiam apud ipsum separatim magnus habebatur. Ad hæc etiam vnusquisque diuersarum gentium, alius consulationis gratia, alter fide ac mansuetudine, quā in eius moribus multusque cernebat, ad amorem fuerat excitatus. Ceterū eius morte luctus magnus apud vniuersos expositus est: non sicut assolet, ut principi placaretur, ficto dolore monstrato: sed vera cuncti tristitia moriebant. Nam eius mortem vnusquisque propriam suam reputabat, ita eius mores eiusque colloquia cunctis hominibus grata fuerant. Vnde ad filium quoque ipsius, amor cunctorum fauorque peruenerat, maxime autem omnis militia eius amore tenebatur, ita ut gloriam reputarent pro eo mori, si ratio postularer, quo ipse susciperet principatum. Sed tunc Tiberius Euodo iussit, ut sub ipso diluculo infantulos illos adduceret. Ipse autem dijs patrijs supplicabat, ut ei signū manifestū ostenderent, quisnam post eum in imperium succederet: festinans quidem ut nepoti suo principatum relinqueret, maiorem tamen credens sua sententia suorum consilio, diuinę dispensationem prouidentię, ideo a dijs sibimet demonstrari desiderabat. Supplicanti denique illi, omen tale monstratur: ad illum videlicet venturum esse principatum, qui ad eū sequenti die primus ex oibus aduenisset. Hæc ille cognoscens, mittit ad nepotis sui prædagogū, iubens ut primo mane puerū ad se perduceret, putans illa te numinis superare sententiā. Sed deus contra de imperio decernebat. Illo igitur talia cogitante, ecce dies illuxit, iubēs Euodum, ut quisquis foris esset infantulorum, eum ad se primum euocaret: ille autem egressus, Caium ante tabernaculum reperit: nam Tiberius necdum aderat, ciborum acceptione tardatus. Ille autem ignorans totum quod agebatur: veni, inquit, vocat te pater. Et cum dicto eum in tabernaculum introduxit. Tiberius autē ut vidit Caium, tum primum intellexit maiestatis superne potentiam, & quod non sit in hominum potestate de imperij constitutione decernere. Tunc ille primum lamentatus semetipsum quidem, quod eius consiliū fuerat infirmitatū, & ei potestas ordinandi.

Agrippa
vincit? bea-
nigne tras-
clatur.

Tiberij? Cg
far egritu
dine corrip-
pitur.

Germ-
laus

Omen sci-
ficant? Tis-
berio offen-
sum de reg-
ni success-
tore.

Imperia in
manu dei
non homi-